

si de mandato eorumdem Prelatorum, quia tunc non sua, sed illorum auctoritate id facere videntur. Pondera illa verba, graviter accedentes, iunctis verbis, prioribus sceleribus, quos ostendunt hos Clericos graviter, seu magna loca commisit, & sic homicidia, vel furta, & similia, de quibus loquitur hoc cap. & d. cap. Tua, de panis. Item pondera verba, prioribus se sceleribus sceleribus immiserentes, necnon illa, ad peccata, quae demonstrant eos deinde iterata, & graviora scelerata commisit. Et nihilominus a suis iudicibus Ecclesiasticis sunt comprimendi, vel per se ipsos, vel si necesse fuerit, invocato brachi seculari auxilio. Ergo est ibi casus expressus, quod pro magna sceleribus iteratis, & pro homicidio qualificato, vel merito Clericus non traditur Curiae seculari non data incorrigibilitate. Ex quibus patet hanc opinionem verissimam, & non esse tutam ab ea recedere in iudicando, vel consulendo.

104 Porro in hac opinione contrarietate alii considerantes etiam cessante incorrigibilitate a Clerico peccata posse talia flagitia, quae non valeant condigne puniri sola depositio, vel destructione in Monasterium, cuius loco successit transmissio ad tritrem, nunc vero in ergastulum exilium hanc relinquendum esse arbitrio iudicis Ecclesiastici, qui iuxta qualitatem facti, & personarum decernat, an delinqua sit degradandus, & Curiae seculari tradendus, necne: Inter quos Covarr. praes. quae. lib. 2. quae. 10. nam 7. ubi ait: Nec tamen infirmitas posse contingere homicidium, aliudve crimen ita perniciosum Republicae infestis loci, temporis, & personarum qualitibus, quod arbitrio discretorum iudicum hanc traditionem iustissime patiantur. Et ex illo idem repetunt Plaza in Epitom. delict. lib. 1. cap. 21. num. 13. vers. Nec me latet, Didac. Perez tom. 3. comm. in ordin. regal. Castell. lib. 8. tit. 4. l. 3. sub. vers. Utrum autem degradatus, Clar. in §. fin. dist. quae. 36. vers. Pariter etiam, ubi postquam dixit opinionem Ancharani, & Abbatis servari in practica, ut scilicet propter homicidium proditorium, vel aliud enorme, & gravissimum delictum Clericus degradatus tradatur Curiae seculari non expectata incorrigibilitate, seque etiam vidisse aliquando ita observari: concludit in huiusmodi casibus enormibus hoc relinquendum esse arbitrio ipsius iudicis Ecclesiastici degradantis, qui secundum qualitatem facti, & personarum decernat, an sit tradendus Curiae seculari, vel non; subdit tamen in dubio non esse faciendam traditionem Clerici delinquentis, qui non est incorrigibilis, nisi natura rei, & circumstantiis criminis aliud iudicent: &

idem dicunt Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 21. num. 66. vers. Alii tamen sunt, & 67. Farinac. quae. 8. num. 81. & alii recentiores. Addunt nonnulli huiusmodi arbitrium non altere explicandum esse, quam consulto prius Summo Pontifice, secundum ea, quae tradit Episcopus Scardensis in tract. de censur. & irregularitat. tit. 6. per. 1. & Farinac. d. quae. 8. num. 81. circa fin. ibi, & tamen semper Pontifice consulto, qui propter res. 143. num. 1. in fin. vol. 2. respondit, Presbiterum, qui occidit Praepositu Ville Cerenaschi, & bonis expoliavit, de iure postuisset traditi Curiae seculari, saltem Papa consulto: de hoc similiter tunc esse dixit Martini de Rio d. quae. 16. magis. lib. 5. §. 1. ubi. vers. Si queratur.

Sed quidquid dicunt illi, cum iura in hoc articulo sint clara, non relinquuntur locum arbitrio iudicis, c. de Causis supra de offi. del. §. & idem tenendum quod primo dixi. Et ita die 16. Novembris 1650. In Congregatione a Sanctissimo specialiter deputata actum fuit de causa eiusdem Martii Cappocetti Siculi tolemissiter professi in Religione Fratrum Capucinorum Sancti Francisci, qui in eadem commiserat furtum excedens summam scutorum centum, & loco tritremium, ad quas damnatus fuerat, septennium manserat in carcere; ac deinde ad sacerdotium promotus, habitu religionis temere dimisso, apostatavit, & per annum extra Religionem vagatus in habitu Clericali tandem Romae anno Jubilaei patravit decem magna furtiva in Palatii diversorum Magnatum cum portarum, & leoniorum fractura, quorum ultimum deprehensus, & carceribus mancipatus omnia singulata confessus fuit; & cum dubitaretur, an propterea esset degradandus, & tradendus Curiae seculari, ut lueret poenam ultimi supplicii, articulo de mandato Sanctissimi accuratè discussio, resolutum fuit contra opinionem Ancharani, & Abbatis non esse locum huiusmodi degradationis, nec traditionis Curiae seculari, sed tantum destructionem in perpetuum carcerem, vel ad tritrem. Quam Congregationis sententiam Sanctitas Sua ad se relata approbavit. Et ita praedictus reus in effectu ad tritrem in perpetuum fuit transmissus, &c.



DE JUDICIIS.

Innocentius III. Sancti Sergii, & Sancti Georgii Abbatibus.

CAPUT XII.

Cum venissent: & infra. Cum super privilegio Sedis Apostolicae causa vertatur; Nolumus de ipsis per alios iudicari.

SUMMARIUM.

- 1 Concilii Tridentini decreta, an & quibus liceat interpretari, & num. 9. usque in finem.
- 2 Interpretationum quatuor sunt species, Principis, Consuetudinis, Iudicis, & Magistrorum; & in quibus differant, ibid. & num. seqq.
- 3 Interpretatio, quam Principis facit non ut Legislator, sed ut Magister, probabilis est, non necessaria.
- 4 Interpretatio translative qua fit.
- 5 Interpretatio argumentalis & extrinseca, propriè non interpretatio legis.
- 6 Interpretatio impropria quatuorplex fit.
- 7 Interpretatio quid sit.
- 8 Verba legis cum exponitur, legem non interpretatur, sed declarantur.
- 9 Interpretatio alia est litteralis, alia qua in obscuritate sensu, seu dubietate verborum consistit.
- 10 Bulla Pii IV. circa prohibitionem interpretationis Concilii Tridentini referatur.
- 11 Bulla Pii IV. prohibens Tridentini Concilii interpretationem, de qua interpretationis species fit intelligenda.
- 12 Concilii Tridentini Canonis, & Decreta nemo potest per modum legis universalis interpretari, nisi solus Papa, & num. seqq.
- 13 Canonis & Leges interpretari si potest tantum, qui potest laudare.
- 14 Declaratio dubiorum emergentium ex decretis generalium Conciliorum à Sede Apostolica petenda est. Cognitione qua tendit ad destructionem, vel confirmationem actus, debet ab eo procedere, qui potest actum celebrare, ibid. vers. Quae conclusio.
- 15 Papa potest Concilium Tridentinum interpretari tam per se ipsum, quam per eos, quibus id manus specialiter demandaverit.
- 16 Legatus non modo suam constitutionem, sed etiam rescriptum Papae potest interpretari.
- 17 Interpretatio Papae, vel habentis auctoritatem ab ipso habet.

De iudiciis, c. Cum venissent.

- 18 habet vim generalis Constitutionis, etiam si in aliquo speciali casu, ad satisfactionem alicujus edita fuerit.
- 19 Congregationis Concilii declarationes sigillis, & subscriptione munite, etiam si edita fuerint in aliquo speciali casu, faciunt jus quoad omnes, perinde ac si à Papa edita fuissent.
- 20 Congregatio Episcoporum, & Regularium non habet jus Tridentini Concilii decreta interpretandi, & num. seqq.
- 21 Jurisdictio Papae reservata non comprehenditur in concessione jurisdictiois quantumcumque generalis, ibidem.
- 22 Interpretandi potestas coleret persona, & in aliam non transit.
- 23 Legatus de Latere Tridentini Concilii decreta interpretari non potest absque speciali facultate.
- 24 Episcopi in suis decretis, & Constitutionibus, & Iudicis in suis sententiis, & interlationibus interpretari non possunt decreta Concilii Tridentini, & num. seqq. usque ad num. 52.
- 25 Iudicibus, an & quomodo liceat iura interpretari, & num. seqq. usque ad num. 25. & num. 38. usque ad num. 44.
- 26 Episcopi prohibentur generalium Conciliorum dubia interpretari.
- 27 Intellectus l. fin. C. de legib. l. 2. §. Si quid verò, C. de veter. jur. caud. & l. Non possunt, ff. de legib.
- 28 Bulla Pii IV. dam prohibet ne quis audeat statueri super decretis Concilii Tridentini, intelligitur de statutis declaratoriis, & num. seqq.
- 29 Episcopi tanquam executoribus Concilii Tridentini in sua Diocesi licet pro huiusmodi executione dicta proponere.
- 30 Reges officere debent, ut custodiantur leges, & praecipua Dei.
- 31 Praeterea, seu color quid sit.
- 32 Verbum, statueri, necessitate inducit, & in materia declaratoria non importat, nisi interpretationem auctoritatis.
- 33 Congregatio Concilii à Pio IV. ad Concilium Tridentinum non interpretandam, sed exequendam assumpta, habuit an ab initio et licuisset Concilium interpretari.
- 34 Rota Romana decisiones sunt Magistrales, & probabiles tantum, licet magnum habeant pondus auctoritatis.
- 35 Rota Romana decisiones prevalant communi opinioni.
- 36 Item faciunt jus in Curia ad instar filii, saltem si secundum eas fuerit factus iudicatum.
- 37 Rota Romana in suis decisionibus non licet Tridentini Concilii decreta interpretari absque speciali facultate, & num. seqq.
- 38 Signatura Justitiae cum in genere, & consuevit petitur commissio causa, debet in commissione addere clausulam, dummodo non agatur de interpretatione Decretorum Concilii Tridentini.
- 39 Index delegatus in causa filii commissi fungitur vice Papae, & est maior Ordinarius.
- 40 Episcopi si in suis Diocesis, & Iudicibus in causis pendentibus licet Concilium Tridentinum interpretari, qua incommoda sequerentur.
- 41 Iudicium oportet legum, & Canonum sensus, & mentem servari, etiam post habitam verborum proprietate, quod sine interpretatione fieri non potest.
- 42 Index super panis tantum, quae iuristica sententia decidi non possunt, debet Principem consulere.
- 43 Declaratur, num. 51.
- 44 Interpretationis prohibitio non afficit, ubi copia Principis haberi non potest.
- 45 Iudices super dubiis litterarum Apostolicarum nullatenus possunt iudicare, seu pronuntiare, sed tantum cognoscere incidenter.
- 46 Index de dubio arduo, & inexplicabili super litteris Apostolicis etiam incidenter cognoscere non potest, sed debet Papam consulere.
- 47 Interpretatio dubiorum super litteris Apostolicis emergentibus diffinire petenda est à Papa si sit praesens in loco.
- 48 Index cum incidit dubium concernens interpretationem Concilii Tridentini, quomodo se gerere debent in cognitione, & expeditione causa.
- 49 Interpretationi locus non est, ubi verba sunt clara.
- 50 Index cum directis, & principaliter vertitur dubium super intellectu alicujus decreti Concilii Tridentini, omnino abstinere debet ab interpretatione.
- 51 Index etiam incidenter de dubiis super decretis Concilii Tridentini cognoscere non potest, si commode potest aditus ad Congregationem.

Cum venissent.

- 48 Iudices, qui ob locorum distantiam, vel aliud legitimum impedimentum nequeant ad Congregationem Concilii recurrere, possunt, si periculum sit in mora, de dubiis non arduis decretorum Concilii incidenter cognoscere, & super negotio principali pronuntiare.
- 49 Impedimentum iustitia publica honestatis, quod oritur ex matrimonio contra formam Concilii contracto per verba de praesenti, & non consummato, non sufficit à Concilio sublato, & durat usque ad quartum gradum.
- 50 Episcopi & Iudices, etiam si difficilis sit recessus ad Sedem Apostolicam, dubium arduum, & difficile super decretis Concilii Tridentini etiam incidenter decidere non debent.
- 51 Index in dubiis decidendis quem ordinem servare teneatur.
- 52 Doctores, & Magistri prohibentur glossas, commentarios, adnotationes, & scholia super decretis Concilii Tridentini typis mandare, atque impressa edere, & num. seqq. usque ad num. 63.
- 53 Bulla Pii V. prohibens ne quis edat ullum genus interpretationis super decretis Concilii Tridentini, includit etiam interpretationem probabilem, & num. seqq.
- 54 Iudices saeculares minime possunt leges Canonicas, & Canonicas interpretari.
- 55 Verba universalis includunt etiam ea, quae aliis in dispositio generali non includerentur.
- 56 Canonum statuta Principum Constitutionibus adiuvantur.
- 57 Jurisperitus, qui edidit glossam impressam Hispano idioma super Concilio Tridentino, declaratur excommunicatus à S. Congregatione.
- 58 Remissiones Augustini Barbose Indici librorum prohibitorum adjecta ex sententia S. Congregationis Concilii.
- 59 Legum latores, scilicet omnes iurum legum interpretationem prohibuerunt.
- 60 Consuetudo contra Constitutionem Apostolicam habentem decretum irritans, & inficiens penam excommunicationis valide introduci non potest.
- 61 Septimi libri Decretalium compilatio sub Gregorio XIII. inchoata, & sub Clemente VIII. absolutae, cur publicata non fuerit, & num. seqq.
- 62 Decretalium quot compilationes fuerint, & qui illarum glossatores.
- 63 Doctores, & Magistri non licet glossas, commentarios, adnotationes, aut scholia super Decreto Concilii Tridentini manuscripta evulgare & num. seqq.
- 64 Declaratur, num. 71. & 76.
- 65 Verbum, edere, quid importet propriè.
- 66 Typographiae usus quo tempore incipit.
- 67 Librorum impressio & evulgatio etiam in materia penali pari passu amulantur.
- 68 Communis usus loquendi praevalet verborum proprietati.
- 69 Declaratur.
- 70 Statutum imponens poenam pro homicidio quocumque parato, an comprehendat etiam homicidium casuale, & sine dolo.
- 71 Dubio, quocumque modo, extendit diffinitionem etiam ad impetria & alia non comprehensa in diffinitione generali.
- 72 Opera etiam manuscripta consueverunt allegari, licet minus frequenter, quam impressa & cur & num. seqq.
- 73 Vincentius profundissima scientia pater dicitur à Joanne Andrea.
- 74 Doctores antiqui mittebant sibi invicem libros manuscriptorum propter illorum penuriam.
- 75 Patiens finalis reliqua satis iuxta ad sustinendum diffinitionem.
- 76 Doctores, qui glossas & commentarios manuscriptos super decretis Concilii Tridentini non evulgant, sed ad usum suum sibi reservant, non incidunt in poenam Constitutionis Pii IV.
- 77 Glossa Cardinalis Antonii Carafa & Episcopi Thorni super decretis Concilii Tridentini.
- 78 Congregationis Concilii Ministri, an includantur in Bulla Pii IV. de non interpretanda decretis Concilii Tridentini.
- 79 Ratio expressa per gerendum censetur finalis.
- 80 Doctores & Advocati, qui aliquid Tridentini Concilii decretum incidenter interpretantur, eamque interpretationem scriptam, aut impressam edant, excoantur à tenjari Bulla Pii IV.
- 81 Verba quocumque modo, includunt omnem modum tam principalem, & directum, quam incidentem.
- 82 Navarrae consilia multa contra declarationem Sacrae Congregationis Concilii.
- 83 Bulla Pii IV. acceptat interpretationem ex communi observantia, ut non comprehendat ditiones interpretatorum, quae faciunt obiter Magistri, & Doctores super aliquo decreto Concilii Tridentini.

Concilio. Id autem sine interpretatione fieri non potest, quia scire leges non est verba earum tenere, sed vim, ac potestatem habere, l. Scire leges, ff. de leg. Quin imò verba legis & Constitutionis offendere licet ut mens servetur, cap. Sedulo, 28. dist. gloss. in Extravag. Quorundam Joan. XXII. in ver. Convertens, quia dum plerumque attenditur verborum proprietates, veritatis sensus amittitur, cap. his autem 22. q. 2. Unde Hieronim. in c. Marcion. 1. q. 1. Nec patemus, inquit, in verbis Scripturarum esse Evangelium, sed in sensu non in superficie, in medulla; non in sermonum foliis, sed in radicibus rationis. Hinc dici solet verba Scripturarum non esse Judaice intelligenda; littera enim occidit; spiritus autem vivificat, 2. ad Corinth. 3. Feler. de Sen. conf. 4. nu. 7. vers. Multum est. Ergo cum legum interpretatio absolute sit necessaria ut etiam patet infra in 6. & ultima conclusione numer. 96. Quomodo Ordinarii ac Judices poterant controversias & lites dirimere ad prescriptum decretorum Concilii Tridentini, si eis non liceat etiam prohibita verborum proprietate illas me tem, ac sensum servare & paribus aperire, atque ut interpretatione illa, que tantopere ad legum intelligentiam conducit & veritatis manifestationem, ut in Extravag. Quia non nunquam, de verbis. signis. Præterea Constantinus Imperator Flaviano relescript in l. 1. C. de rel. in Codice Theodosiano: Super paucis, qua juridica sententia accidit non possunt, nostram dices consulere Majestatem, ne occupationes nostras interrumpat cum litigatoribus legitimum maneat arbitrium à sententia provocanti. Et plura in hanc rem cumulat Brisson. lib. 3. de form. §. pag. 333. Et sane vix ad praxim reduci potest, ut Ordinarii, ac Judices saltem ex remotioribus regionibus consulant Sedem Apostolicam super omnibus dubiis emergentibus circa intelligentiam Concilii. Et cum causarum instantia ex eisdem Concilii decreto cap. 20. sess. 24. ad annum, & ex causa ad biennium restricta sit, quomodo fieri poterit ut Judices in Indiis expectent responsum ab Urbe in causis vertentibus coram eis.

40. Hinc est legum interpretatio etiam de jure communi Judicibus sit interdicta; tamen prohibitio hæc non afficit eos, ubi copia Principis haberi non potest, gloss. unic. & DD. in l. Non possunt, ff. de legib.

Verum ad hæc respondet gloss. singularis, hic in ver.

41. Judicari, nam cum hæc Decretalis disponat ut solus Papa cognoscat de dubiis privilegiorum Apostolicæ Sedis, non autem inferior; querit gloss. sed numquid incidenter potest alius cognoscere, quam Papa? Videtur quod sic, C. de Jud. l. 1. noties, & de in integr. restit. cap. Causa in fin. Inspiciendum privilegium. Et si verba sunt manifesta, Judex potest dicere, non oblat privilegium, arg. infra de fid. Instrum. cap. Accipimus. Deinde subdit gloss. non oblat, l. Quod prohibet, ff. de postul. cap. Exceptionem, infra in fin. de except. & cap. Lator, qui fil. sint legitimi, quia habent locum, cum verò obscura sunt & ambigua; quia tunc ejus est interpretari, cujus est condere; ubi verò aperta sunt & clara potest Judex dicere, oblat privilegium, non oblat privilegium, arg. prædictæ Decretalis accipimus. Similiter Innocentius ibi in ver. Judicari, dicit Judicem posse cognoscere incidenter, an privilegia jurent causam, & in nonobstantibus judicare super questione sibi proposita, ita tamen, ut privilegia non faciat mentionem. Item dicit Judicem non posse judicare de privilegiis Sedis Apostolicæ quando agitur de illorum interpretatione tantum, scilicet cum de ipsorum verbis dubitatur; & sequitur totidem verbis Holt. num. 1. Sed & Joan. Andr. in ver. Privilegiis, affirmat Judicem non posse de privilegiis cognoscere, cum agitur de interpretatione dubiorum in eis contentorum, Anton. de Butt. num. 3. Si verba, inquit, privilegii sint aperta & clara, ita ut nulla ibi cadat dubitatio probabilis, cognoscit inferior & dicere potest, oblat vel non oblat, quia hoc non est cognoscere, aut examinare, seu interpretari, cum talia cadant super dubio. Si enim privilegium dicat, sub protectione recipimus, clarum est quod non inducit exemptionem & sic poterit judicare. Secus si privilegii verba sunt dubia. Et infra: Si veritas dubium de privilegio intentum, si dubium non est probabile, quia apparet casus apertus, vel tale dubium est per glossas communes vel communes opinionis decidibile, satis patet inferriorem de hoc posse cognoscere, sicut videmus quoties Judices de talibus judicare quando incidenter venit. Secus si principaliter super hoc edatur, quia tunc Papa est adhibendus, ut hic Innocentius. At si ibi cadat probabilis dubitatio, quia non potest per regulas bene decidi: ita quod omnino sensus privilegii est obscurus, & dubitatio sit solidum circa verba privilegii, tunc solus Papa interpretatur, maxime si queritur de interpretatione generali, qua omnibus præjudicet; Inferior autem non, nisi fiat de mandato Papæ. Hæc Burdinus Henric. Boich. post med. vers. Aut queri an alius. Similiter dicit Inferior non posse principaliter & directè cognoscere de privilegiis Papæ, si sit dubium de interpretatione dubiorum in eis contentorum; sed indirectè & inci-

denter, ut si queratur, an jus est causam, de qua agitur, posse cognoscere & eis non obstantibus judicare super causa principali pendente coram ea, ita ut de privilegiis non faciat mentionem; & sic de incidenti cognoscat & de principali pronunciet secundum Innocentium, & Hostiensium.

Hæc ex prædictis secundum communem Canonistarum sententiam Inferiores à Summo Pontifice super dubiis litterarum Sedis Apostolicæ nullatenus posse judicare, seu pronuntiare, sed cognoscere non possunt, in quibus etiam incidenter de dubiis privilegii cognoscere non possunt. Primus est si dubium esset arduum & inexplicabile, ut notat Abb. in cap. 1. in 1. notab. de Jaram. column. & Dec. hinc num. 20. Et docuit Bart. in l. Omnes potali in 3. quest. 6. quest. principalis num. 56. vers. Ubi verò statum, ff. 43. de Just. & Jur. Secundus est cum Papa est presens in loco, quia tunc etiam in illis casibus, in quibus Judex potest interpretari, recurrendum est ad ipsum Apostolicum pro interpretatione. Ita post Bald. in l. Cùm de novo in fin. Cod. de leg. declarat hic Felin. num. 1.

Itaque applicando prædicta ad propositum nostrum quo-44 tias in negotiis, & causis insurgit questio super intelligentia alicujus decreti Concilii Tridentini, si verba sint clara, Ordinarius & Judex procedat juxta illorum tenorem ad expeditionem negotii vel causæ, omnino autem absteat ab interpretatione, ut notat Bart. in l. Cùm ad executor in princip. col. penult. de appellat. & alii apud Dec. hic num. 19. Ubi enim verba sunt clara, non est interpretatio lo-45 cus, l. Ille, aut ille, §. Cùm in verbis, ff. de legat. 3. l. Continuis, §. 1. ff. de verb. obligat.

Quòd si verba Concilii sint dubia; tunc duo casus sunt 46 distinguendi. Primus est cum directè, ac principaliter vertitur questio super intellectu alicujus decreti Concilii. Et hoc primo casu oportet Ordinarios, & Judices omnino abstinere ab interpretatione tam in cognoscendo, quam in pronuntiando, & Sedem Apostolicam consulere, & in hoc jura, & DD. omnes conveniunt hic, & possim alibi: Neque verò tunc sub est ullum inconveniens expectari responsum ab Urbe etiam ex longinquis partibus, cum dubitatio non oriatur occasione alicujus negotii, vel causæ pendens, quæ celerem expeditionem requirit, sed principaliter, & in genere queratur de intelligentia Concilii pro futuris casibus, & mot Episcoporum est de pluribus dubiis sacram Congregationem consulere; præsertim occasione visitationis liminum, ut illorum decisione potius optineat uti possint pro Ecclesiis suarum regimine; memini inter alios Archiepiscopum Goanum in Indiis occidentalibus in Visitatione liminum pro quarto decennio consuluisse sacram Congregationem super dubiis ferè ducentis, & super plerisque responsum obtinuisse per litteras Sacræ Congregationis.

Secundus casus est cum occasione alicujus negotii, vel 47 causæ pendens, obiter, & indirectè incidit dubitatio super aliquo Concilii decreto, & tunc si commodè pateat aditus ad Sacram Congregationem; illa omnino est consulenda, & interim abstinendum à decisione secundum Doctrinam Baldi, & Felini, quos reuli supra num. 43. Si autem non sit facilis aditus ad S. Congregationem eo locorum distantiam, vel aliud legitimum impedimentum, & periculum fit in mora, tunc distinguendi sunt alii duo casus. Primus est cum dubium, de quo incidenter dubitatur, non est edmo-48 dum difficile, & arduum, sed ut ait Barr. hic sub num. 3. decidibile per communes glossas, vel communes opiniones, & hoc casu Judex poterit super eo dubio cognoscere, & juxta intellectum, quem veriorum judicaverit, super negotio principali sententiam ferre: dummodo tamen super intellectu Concilii non pronunciet, & sic cognoscat super incidenti, & pronunciet super principali, secundum Innoc. & Boich. supradictos numer. 41. Ut si questio principalis sit, an Matrimonium sit validum, necnè, & incidenter, & per modum exceptionis objiciatur nullitas eo quòd celebratum fuerit coram Parocho non Sacerdote, Judex poterit stante difficultate recurrere ad Urbem pro declaratione cognoscere, & examinare. An decretum Concilii cap. 1. sess. 24. de reform. matr. qua parte statuit, ut Matrimonium non aliter valeat, quam si celebratum fuerit coram Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi licentia, requiratur necessario, ut Parochus sit Sacerdos; sed post hujusmodi cognitionem non debet pronuntiare super intellectu Concilii; declarandum decretum illud non requirere, ut Parochus sit Sacerdos; sed simpliciter super negotio principali decidendo Matrimonium esse validum. Similiter si pro validitate Matrimonii obiter incidat dubitatio, an decretum c. 2. sess. 24. de reform. matr. dum publice honestatis impedimentum ex sponalibus nullis profus tollit, ex validis verò restringit ad primum gradum, vendicit sibi locum in impedimento publice honestatis, quod oritur ex Matrimonio contra formam Concilii Tridentini contracto per

verba de presenti, & non consummato; judex, stante difficultate, recurrat poterit de hujusmodi incidenti cognoscere, & pronuntiare Matrimonium esse nullum, sed non poterit in sententia declarare decretum d. cap. 3. non habere locum in Matrimonio nulliter contracto; quis hæc declarato, quamvis in se vera sit, & ad mentem S. Congr. tamen ad Judices inferiores non pertinet, sed tantum ad Summum Pontificem, vel ad Cardinales Tridentini Concilii, Sanctitatis Sux autoritate interpretes.

Secundus verò casus est, cum dubium est arduum & 50 difficile; & tunc etiam de eo incidenter agatur, & non sit facilis recursus ad Sedem Apostolicam, nihilominus oportet Episcopos, ac Judices abstinere ab illius decisione, & Sacram Congregationem consulere; quis, ut dictum est supra num. 42. etiam in illis casibus, in quibus Judex poterit litteras Apostolicas interpretari; hoc tamen non habet locum, si agatur de dubio arduo, & inexplicabili. Et hoc 51 consilium dedit Judicibus Matth. Mathesii. in suo opuscul. elect. var. opin. ut scilicet, ubi res est prolixè ambigua, & omnia utrinque sunt paria, omnino abstinat à judicio, & Principem consulat. Hæc etiam est theoretica glossæ unica in l. non possunt, ff. de legib. ubi docet, Judicem in causis dubiis legum primò recurrere debere ad interpretationem consuetudinum; Secundò ad verborum propriam significationem; Tertio ad partem benigniorem; Quarto ad similia; Quintò quando omnia sunt dubia ad conditorem legum, Canonum. Et sequuntur in cap. 1. de Constit. Petr. de Anchar. num. 24. vers. Quædam autem sunt commissio, & Abb. num. 14. Et in his terminis loquitur text. in d. l. Cod. de rel. in l. Codice Theodos. in illis verbis, Super paucis, qua juridica sententia decidi non possunt, nostram dices consulere Majestatem. Et in cap. Per venerabilem, ff. Rationibus, vers. Si difficile, & ambiguum, qui fil. sint legit. Quæ omnia si procedunt de jure communi, multò magis vendicant sibi locum in terminis Concilii, stante disticta prohibitione cujusvis generis interpretationum, de qua in antedicta Constitutione Pii IV.

42. Quarta conclusio, Magistris, & DD. prohibentur glossas, commentarios, adnotationes, & scholia super decretis Concilii Tridentini typis mandare, atque impressa edere Nec excusantur a censuris, ex eo quòd eorum interpretatio probabilis sit, & non necessaria, sui autoritativa.

Pro cujus conclusionis evidentiâ observanda sunt verba 53 Constitutionis Pii IV, que in §. Advitandum, tres habet partes. In prima inhiibet, ne quis audeat ullor commentarios, glossas, adnotationes, scholia, ullumve omnino interpretationis generis super ipsius Concilii decretis quocumque modo edere. In secunda, que incipit ibi, Aut quidquam. Similiter inhiibet, ne quis audeat super ipsidem decretis quocumque quocumque nomine etiam sub pretextu majoris corroboratoris, aut executionis, aliove quæsitio colore statueri. In tertia que incipit ibi, Si cui verò. Pius IV. interpretationem dubiorum super decretis Concilii emergentium sibi, ac Sedi Apostolicæ reservat.

Quibus suppositis in 1. par. ejusdem §. prohiberi editionem interpretationis probabilis Doctorem, ac Magistrum, clare probatur ex infrascriptis.

Et primò, cum in 2. par. d. §. prohibita sit interpretatio necessaria, & autoritativa, ut probatum est supra in præcedenti conclusione num. 25. vers. Cæterum quidquid sit, si prima pars non includeret interpretationem probabilem, abundaret, & verba adeò prægnantia, & inculcata nihil operarentur. Et tamen in lege, vel constitutione nec syllaba debet esse superflua, & sine misterio aliquid operandi, ut dicit gloss. in l. 1. ff. Quod met. cau. & Alex. conf. 52. circa hæc num. 22. lib. 4. Etiam ad correctionem juris communis, Cravett. conf. 95. num. 5.

Secundò in eadem prima parte prohibetur editio glossarum, & commentariorum: At hæc verba referri non possunt ad Principem, vel Judices, qui non edunt commentarios ad leges, vel constitutiones: ergo necessario referri debent ad Jurisperitos, & Glossatores, quorum interpretatio probabilis est secundum glossas initio citatas in 1. supposito sub n. 1.

Tertio, Constitutio in prima parte ejusdem §. Advitandum, prohibet ne quis edat quocumque interpretationis generis super decretis Concilii. Ergo comprehendit etiam interpretationem probabilem Magistrorum, que est una ex quatuor speciebus interpretationum, ut constat ex dictis in eodem primo supposito; quia sub prohibitione generis, verè & propriè includitur quælibet ejus species, l. Semper in generalibus, ff. de reg. jur. & notat Bald. in l. 2. C. de jur. aur. annul. sicut in notis propriè, & pars continetur, l. Si quis cum totum in privo. & ibi Soc. ff. de exc. rei jud. not. Dec. in reg. in toto in princ. ff. de reg. jur.

Quarto, prohibitio editionis hujusmodi ferri eo §. Pari-formiter personis tam Ecclesiasticis, quam laicis. At certum est respectu laicorum prohibitionem non esse intelligendam de Interpretatione necessaria autoritativa, sed de proba-

54. bili tantum. Supervacaneum enim fuisset, & præter intentionem Pontificis in ea Constitutione prohibere Judicibus laicis interpretationem autoritativam decretorum Concilii, cum indubitati juris sit, Judices seculares non posse leges Canonicas, & Conciliares autoritative interpretari gloss. 1. in 2. Ne licuit, 18. dist. Hinc cum Monasterium Montium quoddam hæreticorum secularium convenisset, & ageretur de interpretatione Concilii, Sacra Congregatio rem ad se perlatam, ad Sanctissimum retulit, qui dixit, scribendum Nunquam, ut scilicet ad Judicibus secularibus, de quo dubitent super interpretatione Concilii, & Congregationem consulant, illisque suggerentibus, scribat dubitationem ad Congregationem. Ergo etiam respectu Ecclesiasticorum ea prohibitio intelligenda est de interpretatione probabilis. Quia una determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare, l. Jam hoc jura, §. fin. ff. de vulg. cap. Majores de Baptismo simil. eandem recipiunt qualitatem, Bart. & alii in l. Talis scriptum, ff. de legat. 1. DD. in cap. Secunda requirit de appell. Seraph. decis. 559. num. 5.

Quintò expendenda sunt verba prohibitionis universalis, ac multoties repetita tam respectu personarum, quibus sit prohibitio, quam respectu interpretationis inhiibitæ. Et quidem respectu personarum, ibi, si unicuique liceret, & ibi, omnibus Ecclesiasticis personis, cujuscumque sint ordinis, &c. quàm laicis quocumque honore, &c. Respectu vero Interpretationis, ibi, ullumve omnino interpretationis generis, &c. Quæ quidem verba restringi non possunt ad Judices tantum, & ad solam interpretationem necessariam absque eo, quòd vis manifesta inferatur litteræ; cum de natura verborum universalium sit potius omnia includere, & comprehendere etiam ea, que aliis in generali dispositione non comprehenderentur, ut de dictione, quocumque, est text. in cap. Solita, vers. Quocumque ligaveris, & ibi Abb. in ult. notab. de majorit. & obed. cum concord. de quibus per Roman. conf. 31. Visis his num. 2. & notat gloss. in cap. Pastoralis in ver. Temporaliter de donat. Dec. in cap. Sedes col. penult. in fine de rescript. Seraph. decis. 980. num. 8. Et de verbis illis, cujuscumque sint conditionis, &c. est text. in c. Quamvis, & ibi notat Archid. de off. Ordin. lib. 6. & eo quia hoc casu verba non solum sunt universalis fed etiam geminata, & sæpius inculcata, Cravett. conf. 294. Verba transact. num. 1. & seqq.

60. Sextò ad hoc ponderandus est textus in l. 1. §. Nosstram autem consummamur, Cod. de veter. jur. encl. nam quemadmodum Pius IV. ad vitandam perverisionem, & confusionem inhiibuit, ne quis ederet commentarios super decretis Concilii Tridentini; ita & Justinianus ob eandem rationem confusionis inhiibuit, ne ad suum Codicem applicarentur Commentarii, sed prohibitio Justiniani habet locum præcipuè in interpretatione probabilis Jurisperitorum, ut patet ibi, nullis Jurisperitis, necnon ibi; cum per contrarias interpretationum sententias totum penè jus contritotum est. Ergo idem dicendum de prohibitione Pii IV. quia verba Constitutionum ad intellectum juris communis sunt referenda, cap. Cùm adeò, & cap. Causam qua de rescript. Anchar. conf. 153. Pro fratribus num. 3. sicut enim leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita & sacrorum statuta Canonum Principum Constitutionibus adjuvantur, cap. Intellectimus, & ibi gloss. & Joan. Andr. in ver. Adjuvantur de novi oper. nuntiat. nam Leges & Canones ex uno utero, vel fonte divino processerunt, ut Bald. inquit in cons. schismatis postea post rubr. C. de elect. D. Adrian. tullen. num. 3. Ad hoc cap. 1. de jurum. calum.

Septimò, & ultimo corroborantur prædicta ex observantia subsecuta: nam cum olim quidam Jurisperitus edidisset glossam apud excusam Hispano idiomate ad integrum corpus Concilii Tridentini, S. Congregatio declaravit eum incidisse in excommunicationem in Constitutione Pii IV. inhiibitam.

Et meo tempore, cum in Sac. Congregatione examinatus 65 esset, quid agendum de remissionibus, quas typis impressis edidit Augustinus Barboza ad universa decreta Concilii Tridentini; quamvis propriè remissiones illæ Concilium non interpretantur, sed impliciter referant suo quæque loco Autoris, qui singula decreta interpretari sunt; tamen cum relatum sit in referentem, & negari non possit, quin hæc sit implicita interpretatio ex aliorum sententia, & species quedam adnotationum ad Concilii decreta: Sac. Congregatio die 27. Aprilis 1621. de mandato Gregorii XV. decrevit hujusmodi remissiones Indici librorum prohibitorum esse adjuvandas, prout fuerunt adjectæ.

Atque ita non oblat, quòd omnes ferè legum latores suarum legum interpretationem, & commentationem prohibuerint, Deuter. 4. in princ. & cap. 5. in fin. l. 1. §. Nosstram autem consummationem, & l. 2. §. Hoc autem prope finem, C. de veter. jur. encl. l. 14. tit. 1. l. 4. tit. 4. lib. 1. ordinamen. & tamen contrarium potius obtinuit.

car. eod. lib. e. Nuper, vers. Quia tamen conditor Canonis, de sent. excom. in antiq. Et in specie in concessione jurisdictionis quantumcumque generali non comprehendit jurisdictionem reservatam Summo Pontifici; est casus in c. Quod translationem, & ibi gloss. & DD. non de offic. leg. Dec. conf. 107. In causa inquisitionis n. 1. Rota decif. 119. Legatus, vel Nuncios in novis, & decif. 36. Nota Legatus in antiq. ubi propterea decidit in concessione conferendi beneficia qualitercumque vacantia facta Legato non venire beneficia Papa reservata. Potestas autem interpretandi coheret personae, adeo ut non transeat in alium, ut inquit Innoc. in cap. fin. de success. ab intest. & notat gloss. in l. Idem Pomponius in ver. Apparet, ff. de rei vendic. Idemque Greg. XIII. dixit nunquam suae intentionis fuisse committere Episcoporum Congregationi ut de iis, quae ad interpretationem Concilii pertinerent, aut de ipsis Congregationis Concilii decreta cognosceret. Illud autem se recte meminisse ait Sanctitas Sua commisit Congregationi Concilii ea omnia, quae ad Concilium interpretandum pertinent, ut est adnotatum in libris publicis ejusdem Congregationis Concilii tom. 10. fol. 557. Tum quia, & multo clarius in praelata Bulla Sixti V. incipiens Immensa, in §. Et nos quidem super Institutione S. Congregationis Episcoporum; dum eidem Congregationi facultas tribuitur Episcoporum, aliorumque Praelatorum, & Ordinariorum petitiones audiendi, eorumque consultationibus respondendi; causas item, & Controversias inter Praelatos de jurisdictione, aliave de causa exortas. Item inter Capitula, aut obtinentes dignitates, ac inter quascumque singulares personas, & universitates, aut locorum in temporalibus Dominis examinandi; expressit interitus exceptionis illa, praeterea, quae Tridentini Concilii interpretationem exigunt. Et similiter in eadem Bulla in §. Ne ejanem mihi super Institutione S. Congregationis regularium. Diferentis verbis statuitur, ut Cardinales hujus Congregationis cum inter Episcopos, & Regulares dubitationes inciderint, quae sub decretorum Concilii dispositione, aut interpretatione comprehendantur, eas ad eam dem Congregationem Concilii remittant. Et ex hac secunda illatione satis clarè inferuntur, nec Legatum de latere posse interpretari decreta Concilii Tridentini, cum hae facultas sit Papae specialiter reservata; ideoque non includatur in facultatibus legati quantumcumque generalibus, iuxta text. in dist. cap. Quod translationem, de offic. leg. & praedictam decisionem Rotae 119. in novis.

21. Tertia conclusio, Art. hiepis, & Episcopis, ceterisque locorum Ordinariis in suis decretis, & Constitutionibus tam in Conciliis Provincialibus, vel diocesanis, quam extra. Item iudicibus quibuscumque in eorum sententiis, & interlocutionibus prohibuit Trident. Concilii decreta interpretari.

22. Probatio autem hujus conclusionis si petenda esset à jure communi, esset satis dubia; non enim constat apud omnes, an & quomodo liceat Ordinariis, & Iudicibus jura interpretari; nam in cap. Nec licet 16. dist. prohibetur Episcopis generalium Conciliorum interpretatio, dum eis praecipitur, ut quoties de universali Synodo dubitatio nascitur, pro decisione conveniant ad Sedem Apostolicam. Qui textus in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine est additum; ad Episcopos Mauritanias. Item de iudicibus loquuntur verba illa Deuteronomii cap. 17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse suspenderit inter sanguinem & sanguinem, &c. & iudicium intra portas tuas videris variari, &c. venies ad iudicem, qui facit illa tempora, id est, Papam, ut exponit Innocentius III. in c. Per venerabilem, §. Rationibus, qui fil. sint legit. Ad idem sunt text. in l. fin. Cod. de legib. ibi, Et quae omnes ambiguitates iudicium, quae ex legibus oriri videntur aurescunt nostrae, si non à nobis interpretatio procedit, & in l. 2. col. ult. Cod. de veter. jur. enocl. ibi, Si quid verò ambiguum visum fuerit, hoc ad Imperiale culmen per Iudices referatur. Nec dicamus ea jura procedere interpretatione generali, quae facit jus quoad omnes, quoniam id verum quidem est in ea parte, in qua decidunt solum Principem legis conditorem posse jura interpretari. At dum prohibent ne iudices interpretentur leges, sed Principem consulant, intelligi non debent, nisi de interpretatione in causis particularibus. Indubitatum est enim iudices, quorum iudicium ad certos limites territorii, vel personarum restricta est, nequaquam posse interpretationem facere per modum legis universalis, leg. final. ff. de iurisdic. om. iudic. Et lex non fertur nisi in casu dubio, leg. Labro, ff. de Carbonian. edicto: & in propol. not. hic Dec. 2. 1.

Non obicit textus in l. Non possunt ff. de legib. quia habet locum quando dubium est super negotio, non autem super verbis legis, ut ibi gloss. & DD. notant. Non enim eodem loco haberi debet questio facti, & questio juris. Quia ut dicitur in l. Non statim, ff. ad l. Flavian. de plagiar. cum incidit questio facti non Principem consultate de ea re oportet, sed quod verissimum in re praesenti cognoscitur, sequi iudicem oportet.

Non obicit l. Neque leges, & l. Nam ut ait Padius, ff. eod. quia procedunt in interpretatione Jurisconsulti, seu Principis, ut in d. l. Neque leges, declarat gloss. in ver. Scribis possunt.

Non obicit cap. 1. de postul. Pralat. quia habet locum in Legato, qui mandatum Apostolicum interpretatur ex commissione Papae, ut notat DD. hic.

Innocentius tamen in eodem cap. 1. de postul. Pralat. in 6. in fin. simpliciter dicit quemlibet Iudicem posse in causa legem interpretari. Et idem Innocentius in cap. Cum speciali sub num. 4. de appellat. postquam dixit inferioribus Iudicibus non licere jura condere, neque interpretari, nec etiam inter jus scriptum, & aequitatem, cum id solum Principibus liceat, fateatur tamen in causis, quae coram se habeant inferiores iudices, bene posse quantum ad jus linguarum pertinere super juriibus, & interrogationibus etiam inter jus, & aequitatem interpretari. Et dicitur Innoc. sequitur ibi Joan. Andr. col. 3. vers. Quidam dicunt, dicens inferiores Iudices in causis, quae habent coram se, in praedictum litigantibus posse interpretari jus scriptum, & aequitatem, sed tamen in interpretatione jus non facere, nisi inter partes, Anton. de Butt. n. 11. vers. Dicit tamen Innocentius, & Petr. de Anchar. in repet. Canonum statuta sub n. 35. vers. Et vide quod notat Joan. Andr. de Constitutionibus.

Communiter tenetur iudicem super dubia legum, & Canonum non posse directe, & principaliter iudicare, sed tantum posse cognoscere indirectè, & incidenter, ita ut super illis non pronunciet, sed super negotio principali dantur, ut patet infra in hac ipsa conclusione n. 41. & seqq. Et hoc intelligunt Innocentius, & Joan. Andr. supra citati, dum dicunt iudicem posse interpretari leges in praedictum litigatoris.

Ceterum quidquid sit de jure communi, quod pertinet ad decreta Concilii Tridentini has alterationes omnes dicitur Constitutio Pii IV. ad cujus veritatem evidentiis, quia Eman. Rodriq. tom. 1. Regular. quafi. in 11. quafi. art. 3. 1. Ad vitandum, Henric. lib. 7. de Indulgent. cap. 29. num. 4. & Salas de legib. tract. 14. qu. 97. dist. 21. sect. 11. vers. Ad secundam respondet, perperam opinati sunt Constitutionem Pii IV. non procedere quoad iudicem in tribunalibus; supponendum est dum Pius IV. in 2. part. §. Ad vitandum, inhibet ne quis audeat super decretis Concilii Tridentini quidquam quocumque nomine etiam sub pretextu majoris corroborationis, aut executionis statuere, verbum illud, statuere, esse intelligendum de statutis declaratoris tantum. Patet tum ex clausula, quae immediate subsequitur ibi, Si cui verò aliquid in eis obstrictum dicitur, & statutum fuisse, eamque ob causam interpretatione, aut decisione aliqua egerit usum fuerit, ascendat ad Sedem Apostolicam, nam adversativa illa, verò, & singula verba hujus clausulae congruunt, nisi prius egisset de statutis declaratoris: Tum ex ratione proximali ejusdem §. Vitandè scilicet pervertionis, & constitutionis, quae oriri possit, si unicuique liceret in decreta Concilii interpretationes suas edere, quae indicant se inferius aze-e nolle, nisi de materia interpretationis. Ad Clem. 1. cum ibi not. de offic. Ordin. Lap. alleg. 101. In civitate n. 24. vers. Circa secundam statutum. Tum denique, quia illud verbum, statuere, intelligi non potest de statutis Correctoris Concilii, quia illis non conveniunt, imò adversatur illa verba Constitutionis etiam sub pretextu majoris corroborationis. Nec intelligi potest de statutis, & edictis morè executionis; absurdum enim esset, ut locorum Ordinarios non liceret illa proponere pro observatione, & executione Concilii. Cum in eadem Constitutione Pii IV. in §. Mandamus, distindè eis praecipitur, ut existens Concilii decreta, & statuta in Ecclesiis suis, civitatibus, & diocesis in iudicio, & extra iudicium diligenter observent, & à subditis quisque suis inviolabiliter factam observent. Contradictores, &c. Et propterea passim videmus in Synodis Provincialibus à S. Congregatione recognitis, & emendatis, & in Synodis diocesanis inserti statuta, & ordinationes pro executione decretorum Concilii Tridentini; proiuris tamen absque ulla illorum interpretatione. Quinimo in decreto de resp. & 27 observ. decret. Concil. sess. 25. de reform. adnotatur etiam Principes omnes ad operam suam ita praestandam, ut quae à S. Synodo decreta sunt, ab omnibus recipiantur, & observentur. Ad Reges enim spectat, ut custodiri faciant leges, & praecepta Dei, & Ecclesiae, ut Augustinus docet epist. 48. 50. & 156. Et fecerunt pii Imperatores Constantinus, Theodosius, Martinus, & alii, ut observat Card. Bellarm. tom. 1. lib. 1. de Concil. c. 20. & constat ex l. Causas papales, C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. cum concord.

Cum igitur verbum, statuere, positum in Constitutione Pii IV. nec referri possit ad statuta correctoria, neque ad executoria superest, ut referri debeat ad declaratoria, ita ut sentus Constitutionis ne sub pretextu majoris corroborationis, vel executionis quicquam audeat super decretis Concilii quidquam statuere, id est statuende declarare, quod est autoritativa.

toritative interpretari: nam praetextus seu color est simulatio quaerita ad faciendum id, quod alia via prohibetur, cap. Avaritia de elec. lib. 6. cap. Eos qui de temp. ordin. l. Sub pretextu, C. de transact. & not. in l. Illicita, ff. de offic. Praefid.

Atque hoc pro constanti supposito, tertia haec conclusio probatur primo, quia illud verbum, statuere, nullatenus referri potest ad interpretationem probabilem Jurisconsultorum, sed ad necessitatem, & autoritativam duntaxat, verbum enim statuere, necessitatem inducit, cap. In his de verb. signific. gloss. in Extravag. Execrabilis Joannis XXI. in ver. Statutum, & in materia declaratoria non importat, nisi interpretationem autoritativam, ut de verbo, discernere, quod idem est, ac statuere, l. 1. ff. Quod quisque juris est text. in cap. Constitutionem, ibi, declarantes decernimus, de sentent. excomm. in 6. & in cap. & ibi Gemin. in 2. not. de Clerico egrot. eod. lib. Rufus illud verbum, statuere, referri non debet ad interpretationem autoritativam primae speciei, id est generalem, quae facit jus quoad omnes; hanc enim indubitatum est super decretis conciliaribus facere non posse, nisi solum Papam, neque in hoc era opus prohibitionis Pii IV. alioquin Confirmitio esset super casu indubitabili, quod esse non debet, l. Labro, ff. de Carbon. edict. Residuum est igitur, ut referri debeat solummodo ad interpretationem autoritativam, quam circumscripta prohibitione facere possunt Episcopi in suis Diocesis & Iudices in causis in eorum Tribunalibus pendentibus.

Secundo loco idipsum probatur, quia interpretationem probabilem quartae speciei jam Pius IV. prohibuerat in prima parte illius, §. Ad vitandum, ut dicemus infra in quarta conclusione num. 53. usque ad 54. Unde nisi postea egisset de interpretatione necessaria & speciali; Secunda pars illius §. abundaret & esset omnino superflua, quod non esset dicendum, ut ibidem patet.

Tertio Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium autoritatem non habet interpretandi Concilium, ut ostensum est supra in secunda conclusione, vers. Inferitur secundum n. 18. & seq. Quin imò in eadem Bulla Pii IV. confirmationis Concilii ibi, ullatenus omnino interpretationis generis, propterea ea verba fuit dubitatum à Sacra Congregatione Concilii, an ex quo Pius IV. in erectione dicte Congregationis videretur tantum deputasse eam ad executionem decretorum Concilii, non autem ad interpretationem, & amplius ibi mandavit, ut si aliqua dubietas emergeret, ad Sanctitatem suam referret. Et in hac Bulla hanc facultatem interpretandi etiam fuit reservata: An Congregatio ipsa incidit in itam censuram decidendo multos casus propositos ad interpretationem Concilii pertinentes absque eo, quod ullam relationem Sanctissimo fecerit. Et cum Congregatio hac de re consultasset Pium V. Sanctitas sua dixit se non credere Congregationem incidisse in huiusmodi censuram, quoniam opinabatur hanc prohibitionem eos tantum comprehendere, qui proprio ausu interpretari praesumpserint, ut indicant illa verba, audent interpretari; tamen pro futuro dixit se tribuere facultatem Congregationi, ut absque alia delegatione posset decidere casus quo Congregatio tanquam claros putaret decidendos; quos verò tanquam dubios putaret referendos, Sanctitas sui referret, prout postea fecit, ut differis verbis est adnotatum in libris publicis S. Congregationis manu Cardinalis Carafa. Si igitur supremis Urbis Tribunalibus fas non est decreta ipsius Concilii interpretari, idque ne ipsi quidem Congregationis Concilii licuit ab initio, nisi quoad casus, quos tanquam claros putasset decidendos, pro quibus etiam opus fuit speciali Sanctissimi facultate, quanto minus id licebit Ordinariis & Iudicibus inferioribus?

Quarto, quamvis Rotae Romanae decisiones sint probabiles tantum, seu Magistrales secundum Gemin. in c. Duobus col. 6. n. 9. & ibi etiam franc. n. 10. de refer. in 6. & facientur quatuor milites Rotae Auditores nempe Fel. in c. Pass. col. fin. n. 10. 0. Et idem est de decisionibus Rotae de sede instr. Propol. in cap. Neque 9. dist. dicens decisiones non sunt iura, & ideo possunt reprobari. Bellam. decif. 42. si in causa de lite contestata, Cassad. decif. 17. n. 7. de prob. magnum tamen habent pondus autoritatis, ut per Christophorum Casilii. conf. 7. Visti prius col. fin. n. 20. & 21. Et praevaleat contra opinionem secundum Imol. in c. de lit. cont. quidquid ibi contra scripserit Barbat. col. 15. Quin imò Jo. Franc. Pavinus similiter Rotae Auditor in praedictis Extravagantibus Joas. XIII. col. 3. vers. Decisiones Rotae, affirmat eas facere jus in Curia ad instar filii, silem sit secundum eas fuerit lapsus iudicatum, cum ad Rotam spectet interpretari verba & mentem Papae in scriptis & in hac quali possessione existit sciente & patiente, imò volente & mandante Summo Pontifice allegat cap. Sicut de re iudic. & notat per Joan. Curiam per Host. in cap. 1. de postul. Pralat. Extra Curiam verò dicit eas fidem facere sine responsa Prudentum & redareunt Gemin. & Petr. de Anchar. qui contra Rotam

Cum venissent. consuluerunt. Quomobrem Rotae interpretatio in suis decisionibus videretur autoritativa & consequenter prohibere est quoad Concilium Tridentinum in Constitutione Pii IV. Hinc Gregor. XIII. die 4. Aprilis 1581. dixit esse adnotandum Rotam super decisionibus, quae faciunt in materia Concilii. Et propterea in causa Gadicens. ad iudicandum die 14. Febr. 1582. Rota dixit se tradidisse de ordine Sanctissimi de intellectu duorum decretorum Concilii Tridentini, ut habetur in impressis decif. 143. part. 1. divers. & die 21. Junii 1633. In Rota propositum fuit dubium ad eam transmissum à Sacra Congregatione Concilii super intellectu cap. 15. sess. 25. ex ordine Sanctissimi, ut apud Seraph. decif. 1442. Et quod magis est in Calaguritan. & Calciaten. Jurisdictionis 27. Marti 1530. coram Bubalo, sic legitur: Propositum dubium an Episcopus possit visitare suas Cathedrales Ecclesias Calaguritan. & Calciaten. iuxta decretum sacrosancti Concilii Tridentini sess. 6. cap. 4. & sess. 25. cap. 6. Pro cuius interpretatione in hac causa sufficiens facultas mihi attributa erat vigore specialis commissionis, ut in impressis decif. 328. part. 2. divers. Et fere usu receptum est, ut si quando in Rotam incidat questio concernens interpretationem Concilii & casus sit dubius, & à Sacra Congregatione non deciderit, vel Rota ipsa Congregationem consulat, vel significet partibus ut adeant Congregationem, à qua ubi declarationem obtinuerint redeant cum ipsa ad Rotam, quae deinde procedit ad causae expeditionem iuxta decisionem Sacrae Congregationis ut in specie colligitur ex dec. 482. & dec. 750. part. 1. & decif. 325. part. 2. divers.

Quin imò idem Gregorius XIII. die 7. Junii 1574. aucta Congregatione iussit significari Cardinali Acquaviva, 35 quando in supplicationibus non exprimitur articulus certus juris, super quo cognoscendum est, sed in genere & confusè petitur commissio causae addatur semper haec clausula dommoda non agatur de interpretatione decretorum Concilii: ut idem Cardinalis Carafa adnotavit. Habemus ergo expressam declarationem intentionis Papae nolentis ut Iudicibus, quibus causae committuntur, se ullatenus immisceant in interpretatione Concilii. Quod si id non licet Iudicibus delegatis à Sede Apostolica, longe minus licebit Ordinariis, quia delegatus in causa sibi, ut praefertur, commissi fungitur vice Papae & est maior Ordinario, cap. Sanè, de off. deleg. gloss. 2. in cap. Passoralis, §. Praeterea de off. ordin.

Quinto & ultimo si Episcopis, Ordinariis, Iudicibus Ecclesiasticis liceret Concilium Tridentinum autoritative, 37 eorum Diocesis, vel in causis pendentibus interpretari, reservatio interpretationis, quam sibi & Sedi Apostolicae fecit Pius IV. redderet omnino elusoria: nam quoties incideret questio spectans ad intelligentiam Concilii, satis esset ut partes adirent Episcopum aut Iudicem causae pro interpretatione obtinenda, nec oporteret ascendere ad locum, quem Dominus elegit, in Constitutione Pii IV. praecipitur. Praeterea inanis esset institutio S. Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, si quilibet Episcopus posset interpretari Concilium in sua Diocesi: nemo enim fere confuevit S. Congregationem consultare ea intentione, ut obtineat declarationem per modum legis universalis, sed tantum ut ea uti possit in aliquo suo particulari casu vel controversia tunc pendente. Pro cuius declaratione si peteret aditus ad Iudices & Ordinarios, quid opus esset ad Sacram Congregationem confugere; Praeterea multoties contingeret ut unus Episcopus interpretaretur Concilium uno modo & alius alio; unde sequeretur gravissima incommoda. Finge enim virum contraxisse Matrimonium in Parochia mulieris alterius Diocesis & Episcopum Ordinarium viri declarasse Matrimonium esse nullum, velut contractum in aliena Parochia, vel eorum Parochia contradicente: & è converso Episcopum Diocesanum mulieris pronunciasse, Matrimonium validum eo quod sola praesentia Parochi, viri vel mulieris ubique locorum sufficiat ad validitatem Matrimonii, nec requiratur consensus; utque haec mulier in sua Parochia habeatur pro legitima uxore & in Parochia viri habeatur pro concubina. Qui sanè casus atque alii consimiles, qui frequenter acciderent propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitate, ut Ulpianus ait in l. Item si unus, §. Principaliter, ff. de arbit. vix esse possent sine scandalo. Saepè etiam contingeret ut Episcoporum interpretationes adversarentur declarationibus S. Congregationis; atque ita undique oriretur perverfus illa & confusio, quam Pius IV. sua Constitutione vitare voluit. Quin varietas interpretationum posset accedere etiam circa Canones pertinentes ad dogmata, contra id quod habetur ad Corin. 1. Id ipsum dicatis omnes & non sit in vobis schismata in c. Loquitur Dominus & per totam 24. q. 1. & in Extravagan. Bonifacii VIII. Unum Sanctum de major. & obid.

Sed praedictis obijcies; Oportet Iudicem scire leges & statuta Canonum, cum teneatur ad illorum praescriptum sententiam ferre, cap. Iudices, 3. quafi. 7. cap. de Constit. cum multis similibus. Et de decretis Concilii Tridentini patet ex eadem Constitutione Pii IV. Confirmationis ipsius

- 84 Verba uniuersalia, quocumque modo, restringuntur ad substantiam materiam.
85 Verba obscura propter eorum generalitatem ex obseruantia veniunt declaranda.
86 Consultatio tollens consuetudinem, non tollit interpretationem.
87 Consuetudo in legibus interpretandis primo loco spectanda est, deinde propria significatio verborum.
88 Interpretatione prohibita non censetur prohibita interpretatio, qua fit obiter, & incidenter.
89 Magistri, & Lectores licet possint in scholis Tridentini Concilii decreta ore tenus interpretari & u. seqq. in fin.
90 Concilium Tridentinum in Graecam, Arabicam, Chaldaeam, aliasque exteras linguas uersum.
91 Litteralis expositio absolute necessaria est ad intelligentiam legum.
92 Doctores & Magistri de iure communi facultatem habent Leges & Canones interpretandi.
93 Interpretandi licentia, qua in Doctoratu confertur quid operetur.
94 Bulla Pii IV. non sustulit facultatem, quam Doctores habent publice interpretandi Concilium Tridentinum, & num. seqq. usque in fin.

Cum uenissent. De dubiis privilegiorum Apostolicæ Sedis solus Papa cognoscit, & non inferior. Hoc dicit secundum Ant. de Butt. & Abb. Vel secundum Bald. & Cardin. De privilegiis Apostolicis non iudicat alius à Papa. Vel si secundum Aretin. Interpretatio privilegii pertinet ad conditorem, non ad alium. In hoc habet iura concordantia infra num. 12. & seqq. Breue est, & non dividitur; & est pars Decretalis, qua habetur supra in cap. Cum uenissent de integ. rescript. secundum Goffred. Hoff. & Joan. Andr. quod plenius explicat Abb. Antq.

Quæro, An & quibus licet Tridentini Concilii decreta interpretari. Ad euidens præmittendum est primo respectu efficientis, seu interpretantis quatuor esse species interpretationum, quas recenset glossa in cap. 1. in ver. Interpretatus: & ibi etiam Doct. supra de postul. Prælator. Item glossa. fin. in cap. Sicut, §. Ex his 11. quæst. 1. glossa. in l. Si de interpretatione, §. ff. de legib. & in l. 1. in ver. usque C. eod. Prima interpretandi species est generalis, uocata & in scriptis redigenda, ut consuetudinis, l. Minime, ff. de leg. & d. l. Si de interpretatione.

Secunda species est generalis & necessaria, sed non in scriptis redigenda, ut consuetudinis, l. Minime, ff. de leg. & d. l. Si de interpretatione. Tertia species est quidam necessaria & in scriptis redigenda, sed non generalis ut iudicis, l. Non possunt & l. Nam ut ait ff. de legib. not. Innoc. in d. c. 1. num. 6. in fin. de postulat. Prælat. & Siluester in ver. Optio num. 2. uersicu. Quia Iudex potest interpretari. Et hæc interpretatio inter partes similiter dici potest autoritativa, quia res iudicata pro ueritate habetur, l. Ingenium, ff. de stat. homin. & iudicium redditur in inuitum, l. Inter stipulantes, §. 1. ff. de ver. oblig. Quamuis generalis dici non possit, quia iura litigatorum non egreditur, ut declarat Innoc. in cap. Cum sicuti num. 4. in fin. de appellat.

Quarta species interpretationis est, quæ nec generalis, nec in scriptis redigenda, nec necessaria est, sed probabilis tantum, quam nonnulli doctrinalem appellant, sicut est interpretatio Glossarum, & Magistrorum, l. Unica, Cod. de Prof. qui in urb. Constantin. lib. 12. cum aliis de quibus infra in 6. conclus. numer. 92. Quod habet locum etiam si hæc interpretatio faciat Princeps, seu Legislatores, sed ut Magister, seu Doctor, ut de apparatu Innocenti IV. notat Joan. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. ne Sede vacante Felin. in cap. 3. de rescript. Jal. in l. 1. ff. si cert. pet. Et docet idem Innoc. in c. Petrus il. secundo sub num. 4. uers. Si tu dicas de Simon. & Navar. conf. 11. incip. Quibus signis cognoscitur.

Præmittendum secundo respectu formæ, seu nature ipsius interpretationis secundum Cardin. in cap. Cum dilectus n. 12. uers. Octavo quarto de consuet. interpretationem duplicem esse, quædam enim est translativa, per quam scilicet unum idioma in aliud transferretur, juxta text. in l. 1. in fin. ff. de verb. oblig. Et si dicatur Septuaginta interpretes S. Biblicæ. Et Hieronimus eisdem dicitur interpretes. Et hoc etiam Medicorum appellamus, ut per Card. ubi supra.

Quædam uero est interpretatio, quæ non fit per translationem unius idiomatis ad aliud, sed circa idem idioma. Et hæc rursus subdividitur: alia enim interpretatio est argumentalis, & extrinseca, quæ proprie non inest legi, ut inquit Bald. in cap. 1. num. 52. de Constit. Et hæc dicit triplici-

- 95 Extensio in parabolis non est facienda de casu ad casum.
96 Interpretatio legum naturalium necessaria est, & idem per Constitutionem, uel Statutum tolli non potest.
97 Statutum prohibens interpretationem, intelligitur de extrinseca.
98 Argumentis frequenter, & collationibus latens ueritas aperitur.
99 Concilii Tridentini decretum in cap. 2. sess. 25. de reform. expenditur.
100 Interpretatio Canonum ad dogmata pertinentium aliter fieri debet à lektoribus Theologia, atque à Professoribus Juris Pontificii.
101 Canonum disciplina est Theologia subalternata.
102 Inducta ad maiorem confirmationem actus, non debent ejus infirmationem operari.
103 Intellectus l. Nemo Clericus, Cod. de Summ. Trinit. & Fide Cathol. & cap. 2. §. Inhibemus de hæretic. in 6.
104 Disputare publicè uel occultè de articulis Fidei, an liceat Clericis uel laicis, ibid.
105 Doctoribus & Magistris an liceat interpretationes super decretis Concilii scholaribus scribitibus publicè dicere.

cem esse Card. loc. cit. uidelicet abrogatam, extensiuam, & restrictiuam. Quæ diuino colligitur ex glossa. 2. in l. 1. ff. de orig. jur. dum dicit interpretationem largiù poni pro correctione, pro arctatione & prorogatione. Ad idem est glossa. in l. 1. §. Qui operas in ver. Interpretatione, ff. ad Tertill. & notat Paul. de Cast. conf. 338. Quia exceptio, & num. 2. lib. 1. dicens interpretationem sumi posse etiam pro omnimoda correctione & pro modificatione, quæ in argumento, uel diminutione consistit. Nec dissentit Bartol. in leg. Gallus, §. Etiam ff. de lib. & postum. corrupte enim legitur ibi interpretationem quandoque sumi pro declaratione; & legendum uideretur pro correctione, cum Bartolus ad hoc allegat text. in dict. §. Qui operas, qui loquitur de interpretatione illa, quæ dicitur correctio, ut ibi per glossa. in ver. Interpretatio, nisi largè & improprie secundum glossa. præalleg. in d. l. 1. de orig. Jur. sed potius correctio, uel modificatio, ut per Paul. de Cast. de cons. 338. num. 2. lib. 1. & de hac uide hnt per Card. in d. cap. Cum dilectus à num. 14. usque in fin. de consuet.

Alia uero interpretatio ut idem Bald. ait, in d. c. 1. num. 52. de Constit. est substantialis & intrinseca, & inseparabilis à lege. Et hoc modo accipitur interpretatio proprie pro congrua uerbi dubii declaratione secundum Paul. de Cast. ubi supra: de qua scripserunt Bartol. in l. Omnes populi, in 3. quæst. sexta questionis principalis, num. 56. ff. de iust. & Jur. Salye. in l. 2. in 1. C. de uocul. actiõ. Ludovic. Roman. in repret. leg. Si uerè, ff. De Viro circa princip. ff. solut. Matrim. & Petr. de Anchar. in cap. Canonum statuta, in decima quarta questione principalis de Constitut.

Præmittenda est tertio definitio interpretationis proprie sumptæ, quæ secundum Bald. in primæ Decretal. num. 95. 6 est leuissimum difficultatum, uel perplexorum expositio, uel secundum Siluest. in ver. Interpretatio in primo. est uerus uerbi per aliud, uel unius sententiæ per aliam declaratio: propterea tamen cum uerba legis exponimus, legem non interpretamur, sed declaramus, ut scripsit Bart. in d. leg. 7. Gallus, §. Etiam num. 1. ff. de liber. & postum. licet Interpretationis uerbum sepe accipitur pro declaratione ut in leg. 1. ff. Si cert. pet. & alibi passim.

Præmittendum quarto interpretationem, seu declarationem ut proponitur, definitam, iterum subdividi secundum Abb. in cap. Super questionem num. 8. uers. Et die clarior de offi. deleg. Alia enim est litteralis, per quam scilicet uerbum, uel uerbi sensus, seu constructio, quasi grammaticaliter ad litteram exponitur, juxta text. in cap. Exiit qui seminat. §. Itaque sub pena de uerbor. significat. lib. 6. in l. 1. §. fin. ff. de uerbor. obligat. & in l. Profectus, ff. Qui & à quibus. Et hæc appellat Conum litteræ Oldrad. conf. 7. Posito sine præiudicio num. 4. uers. Præterea. Item uerborum corticem, Clem. in ff. Verum de iurjur. Item uerborum superficiem, & sermone solia Hieron. in Epist. ad Galat. cap. 3. ut refertur in cap. Marcion. 1. quæst. 1. Item uerbum ex uerbo Greg. in cap. Propterea de uerbor. significat. Item interpretationem linguarum, ut cum dicimus Eucharistia, id est, bona gratia, Abb. loc. cit. & grossum modum intelligendi Bald. in l. Lege num. 7. Cod. de legi. hæred. Alia est interpretatio, ut inquit ibidem Abb. quæ in obliquitate sensus, seu dubietate uerborum consistit, quæ scilicet non nudam litteram & uerborum corticem explicat, sed uerba, & sensum simul juxta text. in d. leg. Nominis & rei §. Verbum ex legibus, iuncta glossa. ff. de leg. aut certe sanlim, seu intellectum, qui legi intrinsecè, & essentialiter inest, ut in cap. Intelligentia, de uerbor. signif. in l. Con-

tra legem uers. In fraudem, & in l. Scire leges, ff. de leg. cum concord. de quibus per Oldrad. loco citato. Et hæc iura & sacri Canones appellant leges rationem intellectum, sententiam, mentem, animam, uim, robur, spiritum, modulum, radicem, & c. ut in dict. Clem. 1. §. Verum de iurjur. & in d. c. Marcion. 1. qu. 1. cum similit. de quibus ibi per glossa. in ver. Sed in sensu Feder. de Sen. conf. 4. Testator num. 7. uers. Multum est, & Abb. consil. 75. Primo est uidentum num. 6. uers. Nam ueni legis lib. 1.

Ultimo præmittenda sunt uerba Bullæ Concilii à Pio IV. editæ 7. Kalend. Februarii 1564. incipien. Benedicimus Deus in fin. Concilii, quæ sic se habent: Ad uitandum præterea peruersionem & confusionem qua oriri posset, si unicuique liceret, prout ei liberet, in decreta Concilii Commentarios & interpretationes suas edere; Apostolica autoritate inhibemus omnibus, tam Ecclesiasticis personis cuiuscumque sint ordinis, ac potestate præditi; Prælati quidem sub interdictione ingressi Ecclesie; alii uero quicumque fuerint sub excommunicationis lata sententiæ pænis, ne quis sine autoritate nostra audeat ullos commentarios, glossas, annotationes, scholasticas, allucine omnino interpretationis generis super istis Concilii decretis quocumque modo edere, aut quidquam quocumque nomine, etiam sub prætextu maioris corroboracionis, aut executionis aliove quouis colore statere. Si cui uero aliquid in istis obstruere dictum & statutum fuisse, eamque ob causam interpretatione, aut decisione aliqua egere uisum fuerit Apostolicam omnium fidelium magistrum, casus autoritatem, etiam ipsa S. Sinodus tam reuerenter agnoscat. Nos enim difficultates & controuersias, si quæ ex eis decretis orta fuerint, nobis declarandas, & decidendas, quemadmodum ipsa quoque S. Synodus decreuit, referamus.

His prænotatis, quidam opinati sunt in Constitutione Pii IV. non prohiberi nisi interpretationem generalem & necessariam, seu autoritativam, quæ in scriptis redigitur; & sic prime speciei, de qua in principio potius suppositi num. 1. ut Salus de legib. tractat. 14. quaestio. 97. distat. 21. sess. 11. uers. Neque obstant prioris partis fundamenta, & ver. Quantum ad primam, quod Henric. lib. 9. de iurjur. cap. 29. num. 4. Et Eman. Rodrig. tom. 1. Regal. quaest. in 11. quaest. art. 3. §. Ad uitandum, sed hæc sententia est nimis laxa, & reddit Constitutionem Pii IV. profusam inanem & frustratiam: nam cum interpretatio hæc autoritativa, & generalis decretorum Conciliorum fieri non possit, nisi à Summo Pontifice, ut patet infra in prima conclusione; incepte Pii IV. illam tam distinctè prohibuisse omnibus tam Ecclesiasticis personis, quam laicis. Et uerba Bullæ uniuersalia, & prægnantia & tam crebro inculcata, uolentiam hæc restrictionem non patiuntur, ut similitur patet infra in 4. conclus. num. 54. uers. Quinto expendendo sunt uerba.

Alii & uerbo tertio religiosi, quæ patet esse exillimantur Pium IV. interdixit generaliter & indistinctè quocumque interpretationem etiam probabilem decretorum Concilii Tridentini. Sed hæc opinio est nimis rigida & facile potest injicere laqueum contentiosis ob Conatus in præd. Constitutione inflicta, eaque patitur difficultates, quæ inferri subsunt in quinta & sexta conclusione.

Quomobrem pro ueritate statuenda sunt conclusiones infra scriptæ.

11 Prima conclusio est Decreta & Canones Concilii Tridentini nempe potest autoritas uac per modum legis uniuersalis interpretari, nisi Romano Pontifici. Hæc conclusio est manifesta.

12 Primo quia generaliter ille solus habet ius interpretandi Canones, qui habet potestatem condendi eos qui sunt uerba text. in §. Ex his omnibus 11. qu. 1. Et unde jus prodit, interpretatio quoque debet procedere, c. Inter alias in 2. de sent. excomm. c. Constitutionem eo l. tit. in 6. c. Cum uenissent de iudic. l. 1. l. Leges Sacratissimæ & l. fin. C. de leg. ibi, Si enim leges condere solum Imperatori concessum est, & leges interpretari solo dignum Imperio esse oportet. Et infra: Quis legum auzgnata solvere, & omnibus aperire idoneus esse uideatur, nisi is, cui soli Legislatores esse concessum est? Quæ iura, ut uides, loquuntur taxatiuè, ita ut excludant omnem potestatem inferiorem à Principe. Et à glossa. & DD. communitur intelliguntur de interpretatione primæ speciei, quæ scilicet in scriptis redigitur ad differentiam iuris non scripti, quæue generalis & necessaria est, & facit jus quoad omnes, juxta text. in cap. fin. de Constitut.

Deinde patet hæc conclusio, quia interpretatio generalis Conciliorum, quæ per Romanæ Ecclesie autoritatem & sunt robur accipiunt, cap. 3. & seqq. 17. dist. c. Ideo per. q. 6. & 22. dist. per tot. c. Significasti de elect. omnino pertinet ad Summum Pontificem, cap. Nec licuit 17. dist. ibi, Sed quoties aliqua de uniuersali Sinodo de aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt

rationem ad Apostolicam Sedem conueniant, cap. Dilectus de concess. præben. in 6. & utrobique glossa. in Extravag. Cum inter nonnullos in ver. Declaramus de uerb. signif. Præfop. in cap. Sicut num. 1. 15. dist. Turrecrem. in Summa de Ecclesia lib. 3. cap. 53. Cardin. Jacob. de Conc. cap. 10. Ideoque in Constitutione Sixti V. edita 11. Kalend. Febr. 1587. quæ incipit, Immensa in §. Deum autem Patri, super Institutione Sac. Congregationis Concilii dicitur; ad singularem tantummodo Summi Pontificis autoritatem spectare, Generalia Concilia indicare, confirmare, interpretari.

Ac demum, quia in individuo ipsi summet Concilium Tridentinum in decreto de recipiend. decret. Concil. sess. 25. de format. declarationem eorum, quæ in eodem Concilio statuta ac definita fuerunt, remisit ad Romanum Pontificem. Et Pius V. in antedicta Constitutione decretorum Concilii Tridentini interpretationem sibi, Sedi Apostolicæ specialiter reseruat ac cæteri omnibus interdixit. Quæ conclusio maxime procedit quoad interpretationem correctiuam seu modificatiuam, de qua supra in secundo supposito num. 5. Explorari enim iuris est inferiores à Summo Pontifice nequaquam posse decreta uniuersalium Conciliorum abrogare, uel modificare, cap. Inferiori 21. dist. dist. cap. Cum inferior, de maior. & obed. Clem. Ne Romani de elect. & habetur expressè in Extravagan. Joannis XXII. Sancta Romana, §. Quædam autem de Relig. domib. ubi id notat glossa. in uer. Concilii. Item glossa. in cap. Cum dilectus in uer. In etate, & ibi etiam Abb. col. 5. de elect. glossa. in cap. Nec licuit in uer. Particularem 17. dist. dist. Felin. in cap. 1. de sponsal. Naturalem rationem reddidit hic Petr. de Anchar. in 2. notab. num. 1. quia cognitio, quæ tendit ad destructionem uel confirmationem actus, debet ab eo procedere, qui potest actum celebrare, ut in regula, Nilil tam naturale, ff. de regul. jur.

Secunda conclusio. Quemadmodum Romanus Pontifex 14 potest decreta Tridentini Concilii per scriptum autoritatiuè interpretari, ita & per eos, quibus id munus hæc præstandi specialiter demandauerit, eorumque interpretatio habebit legis autoritatem peninde, ac interpretatio Papæ, l. Non ambigitur, ff. de legib. l. 1. §. fin. ff. A quibus appell. non lic. §. Licet est instit. de iure natural. & l. Formam, ff. de offic. Præf. Prætor. Quæ iura ad hoc propositum adductæ glossa. Magna in l. 1. in fin. glossa. uers. Item contra, ff. de legib. Sed melior text. est in l. 1. §. At itaque collectis iuncto §. Sed neque, Cod. de veter. iur. euiclan. ponderando eum ut diximus in cap. Quoniam num. 8. uers. Ad idem est textus formalis supra de Constitut.

Si Legatus non modo suam Constitutionem, ut in cap. Ex parte, ut tercio de uerbor. signif. Sed etiam rescriptum Papæ potest interpretari, cap. 1. de postul. Prælat. glossa. in d. cap. Ex parte in uer. Interpretatione, & glossa. fin. in cap. Sicut, §. Ex his omnibus 11. qu. 1. Et in Prætoris stipulationibus si ambiguis sermo acciderit, Prætoris est interpretatio, l. In Prætoris, ff. de Prætor. sigul.

Potest interpretatio, quam facit Papa, uel generalis 16 autoritatem habens ab ipso, habet uim generalis Constitutionis, & facit jus quoad omnes, etiam in specialibus casibus, & per modum legis, sed in aliquo speciali casu, & ad consultationem altius edita fuerit. Hic est textus in leg. fin. in prin. C. de leg. cuius hæc sunt uerba, Si Imperialis Majestas causam cognitionaliter examinauerit, & pariter communi consensu sententiam dixerit, omnes omnino iudices sciatis hæc esse legem non solum illi casu pro qua produbia est, sed & omnibus similibus. Quem textum ad hoc ponderat ibi Bald. num. 3. Ad idem est casus in cap. Ex multa de uoto. Per quem textum ita tenet glossa. in cap. Ex tua, in uer. Consultationem de fl. Prædit. & Felin. qui alios adducit in cap. 1. num. 17. de Constit.

Ex duabus conclusionibus, ut supra firmatis infertur primo, ut Sacra Congregatio Concilii possit decreta Tridentini Concilii ita interpretari, ut illius declarationes sigillo, & subscriptione munitæ, etiam si editæ fuerint in aliquo particulari casu habeant uim Constitutionis generalis, eaqueque, ut ipsamet Congregatio declarauit, eadem habenda sit ratio, ac si à Papa editæ essent, cum autoritatem interpretandi Concilium habeat ex Constitutione Sixti V. proxime relatæ: quam propositionem latissime probauimus in eisd. cap. Quoniam supra de Constitut. à num. 6. usque ad num. 69.

Infertur secundo, ut Sacra Congregatio Episcoporum, 18 ac Regularium, quamuis habeat à Papa autoritatem respondendi illorum consultationibus, proindeque eas respondere etiam in casibus particularibus edita faciant in similibus casibus jus generale quoad omnes admittat declarationum Sacre Congregationis Concilii, tamen facultatem non habeat Tridentini Concilii decreta interpretandi: Tum quia in generali commissione respondendi ad dubia Episcoporum, & Regularium non comprehenditur facultas interpretandi Concilium, quæ ex Bulla Pii IV. est Romano Pontifici specialiter reseruat, c. 2. de panit. & remiss. in 6. c. ult. de offi. Vi-

65 Nam praterquam quod contra Constitutionem Pii IV. que habet decretum irritans inficiens possessionem, & imponit ipsi pena excommunicationis, non potest valide introduci consuetudo, que contrafaciens statim incidit in penam, & in factum damnatum, cap. Audivimus 24. quast. 1. H. in l. 1. n. 7. de treng. & fac. Alphon. à Castro de potestate legis parali. lib. 2. cap. 12. post primam conclusionem. Certe hoc casu obiectum tollitur ex facto, quia hujusmodi consuetudo applicandi Commentarios, & glossas ad Decreta Concilii Tridentini minime viget. Nemo enim hæcenus id attentare presumpsit, præter unum Hispanum, qui propterea fuit denunciatus, excommunicatus, & Auctorem aminationum, que Indici librorum prohibitorum adjecta fuerunt, ut supra proxime dictum est.

66 Inò quod est memoria dignissimum, cum Gregorius XIII. commisit prius Flavio Ursino, Francisco Alciato, & Antonio Carafe, S. R. E. Cardinalibus, glossam compilandi septimum librum Decretalium, multaque ipse manu sua exarasset, ac monstrasset, sed è vivis ereptus inchoatum opus dimisit: Sixtus V. ejus successore eam curam imposuit Dominico Cardinali Pinello anno 1587. eique collegas adjuvit Cardinales Aldobrandinum, Mattheum, Columnam; Ex quibus Cardinali Aldobrandino post-obitum Sixti ad Pontificatum assumpto, & creatis Cardinalibus ex Prelatis ipsius Congregationis Lucio Saxo, Laurentio Blanchetto, & Pompejo Arrigonio; extremo anno 1593. factus est finis ea undequaque seligendi, & recognoscendi, que inferenda in Canonum corpus essent. Magnopere autem hæsitatum est, nam in extrema hac compilatione inferri deberent ecumenicorum Concilii. Florent. ac Trid. Canones etiam ad dogmata pertinentes: & tandem optimis rationibus in eam itum est sententiam, ut infererentur, licet Collectiones tam Gregorii IX. Bonifacii VIII. & Clementis V. quam in antiquioribus Iudori, Barchardi, Anselmi, Photii, & aliorum paucissimis dogmatibus sint reperse. Itaque volumina Pontificia jura, & Conciliorum decreta trecentorum propè annorum in quinque libros disposita, suis propriis distributa titulis, compendiarie quadam summa complectens, extremam manum accepit die 25. Julii anno 1598. sed cum typis jam exculsum sub nomine septimi libri Decretalium Clementis VIII. prope diem esset publicandum, gravis emerit difficultas, quòd cum decreta ferè omnia Concilii Tridentini in eo inserta jam in corpus Juris Canonici redacta essent, negandum non erat, quin Juniperitis liceret eis applicare glossas, & Commentarios: ita enim in precedentibus compilationibus factum videmus: nam ut missas faciamus veteres Græcorum collectiones, quibus suas addiderunt interpretationes, non modo Alexius Aristenus, Joannes Zonaras, & Theodorus Balsamon, verum etiam Joannes Scholasticus, & Photius, ambo Constantinopolitani Antistites, & Mattheus Balthæna Monachus, Constantinique Harmenopolis, atque Arsenius. Apud Latinos prima Decretalium compilatio, quam tempore Alexandri III. ex decretis antiquorum Conciliorum, & Sanctorum Pontificum Constitutionibus à Gratiano omisit fecit Bernardus Prepositus Papiensis: mox Faventinus Episcopus, & Breviatum Extravaganantium inscripsit, licet nullo eius nomine edita fuerit; Glossatores tamen habuit Vincentium, Alanum, Tancredum, Laurentium, & Rogerium. Similiter ad secundam privatam compilationem Gilberti, & Alani, quam suo nomine edidit Joannes Gallensis eorum discipulus, glossata fecerunt idem Joannes, Hugo Ferrarensis Episcopus, & Bernardus major Compothellanus. Quemadmodum & ad tertiam, que à Bernardo Archidiacono Compothellano propria auctoritate Romæ confecta, & ideo Romana appellata; ac deinde omnium prima Liber Decretalium conscripta fuit, glossas fecerunt idem Vincentius, Alanus, Rogerius, Jacobus, & omnium copiosissime Tancredus, ut constat ex verbulis Codicis antiquarum compilationum ab Anagnina civitate in Bibliothecam Vaticanam delato, licet Joan. Andr. puraverit glossas ad hanc compilationem composuisse Paulum Hungarum. Quartæ itidem compilationi, cui addita fuerunt capita septuaginta, & unum Generis Concilii Lateranensis paulo ante celebrati, glossæ fuerunt applicatæ, licet de Auctoribus varis sint opiniones. Alii enim illas tribuant Joanni, alii Roberto, sive Rogerio. Repretermissa quinta, quam idem Tancredus compaginavit ex Constitutionibus Honorii III. Ad sextam tridem compilationem, quam Gregorius IX. ex quinque compilationibus precedentibus in quinque Libris Decretalium disposuit opera scilicet Raymundi tunc ejus Capellani, & Pontificarii, mox Tertii Ordinis Prædicatorum Magistri Generalis; glossas edidit Bernardus de Botono Parmensis, & Canonicus Bononiæ. Sed & ad sextum Librum Decretalium Bonifacii VIII. que septima fuit compilatio, Joan. Andr. Bononiensis applicuit glossas, que in hoc prævaluerunt glossis Joan. Monachi Cardinalis; fuerunt enim concurrentes, ut idemmet Joan. Andr. testatur in præfatione ejus libri. Ac demum ad compilationem Clementinarum Clementis V. à Joanne XXII.

publicatam glossas confecti idem Joan. Andr. Et ad Extravagantes, que una cum Decretalibus Gregorii IX. Sexto, Clementinis corpus Juris Canonici constituunt, ut declaravit Gregor. XIII. in Constitutione, que incipit: Cum pro matre Zenelinus de Cassinis, & Guillelmus de Monte Laudano glossas applicaverunt, & Apostollus Joannes Franciscus de Pavinis Rota Auditor, fidelem veterum Canonum Explicatores, Rufinum, Silvestrum, Joan. Hispanum, Joannem Faventinum, Goffredum, Meledum, Bartholomeam Baxiensem, Joannem de Deo, & alios quàmplures recenset Guillelmus Durand. in præfatione. S. R. E. Cardinalis Joan. Andr. in additione incipit. B. Parm. littera M.

Quod igitur ad veteres Canonum Collectiones factum est, nulla ratio suadebat cur non idem esset permittendum ad etiam hanc compilationem septimi libri Decretalium. Id vero ex diametro adversatur Constitutioni Pii IV. prohibentis, ne super decretis Concilii Tridentini edantur glossæ, & Commentarii, ullumve omninò interpretationis genus. Tantum hujusmodi prohibita habita fuit, ut hanc unam ob causam subfiteri hujus voluminis publicatio miris elucubratis laboribus, ac vigiliis, & Præfatum, Gymnasium, totiusque Ecclesie vocibus ellargita. Ita ut propterea nullus reitet dubitandi locus, quin Constitutio Pii IV. interdicit etiam probabilem Glossatorum interpretationem.

Sed hic quaeritur, an conclusio ut supra procedat etiam in his, qui glossas, & commentarios ad universa Concilii Decreta non typis excusos, sed scriptis evulgant.

Et quidem cum Pius IV. in 1. part. d. 8. Ad vitandum prohibeat, ne quis audeat super decretis Concilii glossas, & commentarios edere; expendenda est proprie hujus verbi, edere, significatio. Cum enim glossæ super decretis Concilii, nec scriptis evulgari consueverint, ideoque recurri non possit ad consuetudinem interpretativam, secundum ea, que dicuntur infra in sequenti conclusione, num. 83. spectanda est primo loco propria verbi significatio, juxta theoreticam glossæ in l. Non possunt, ff. de legib. & Abb. in cap. 1. n. 14. de Constitut.

Inspecta vero juris communis dispositione, verbum, edere, referri non possit ad impressionem typographorum, qua nunc utitur, convincitur hoc uno argumento, quòd typographæ usus, teste Polidoro Virgilio de Inventor. rer. lib. 2. cap. 7. initium duxit Moguntia, anno salutis 1542. vel ut alii maluerunt, 1541. à Joanne Cuthemburgo nobili Alemanno, qui eam invenit typis atramentis, quo ad hæc usque tempora utuntur typographi; indeque post annos sexdecim delatus est in Italiam, & primi Libri Romæ typis excusi, ut refert Volaterranus, fuerunt Augustinus de civitate Dei, & Divinæ institutionis Lactantii Firmiani.

Igitur ex juris veteris significatione edere, est copiam scribendi facere, vel dicere, ut alter scribendo excipiat, vel proferre scriptum ut legatur, l. 1. in pr. & l. Si quis ex argentariis, §. Si instituit, ff. de eden. & ibi Budæus, & Simon Sipardus in Lexico Juris, in verbo Edere. Et secundum hoc prohibitio Pii IV. complectitur etiam eos, qui glossas manuscriptas evulgant. Præterea in hunc sensum accipitur verbum Edere, etiam postquam libri exoperantur committi, ut patet ex decreto Concilii Tridentini de editione, & ut facit lib. 2. cap. 4. nam rubrica simpliciter ibi inscribitur, De Editione librorum. Et deinde in corpore S. Synodus quasi explicans significationem illius verbi, Editione, statuit, ut qui scripto sacre Scripture libros communicant, vel evulgant, nisi antea examinati, probatique fuerint, eisdem poenis subjaceant, quibus impressores. Et probatio in fronte libri, vel scripti, vel impressi authenticè appareat. Ex quo contextu duo colliguntur. Primum, editionis verbo contineri non solum impressionem, verum etiam evulgationem, seu communicationem in scriptis: & sic negram declarat rubricam, ut per Alexan. conf. 13. Circa primam n. 8. vers. Et sicut per rubricam lib. 3. Secundum in materia prohibitionis etiam poenalis impressionem, & evulgationem hujusmodi pari passu procedere. Atque ita non obstat, quòd materia sit poenalis, & stricte accipienda propter Centuras Constitutionis Pii IV. Etenim in materia etiam poenalis, & odiosa sit lata interpretatio, quatenus patitur verborum proprietates, l. Cum lege, & ibi Aretin. ff. de test. cum aliis adductis per Cagnol. in l. 1. n. 41. C. qui ad a. Quemadmodum modum nec obstat, quòd ubi agitur de librorum editione, de impressis, & non de aliis sit intelligendum, ex communi usu loquendi, qui prævalere verborum proprietati, l. Librum, §. Quòd autem Cassius, ff. de leg. 2. Anchar. in reposit. Canonum statuta n. 62. in fin. de Constit. cum vulgari usui non solum verba, sed & mentem accommodare Legislatores semper in dubio præsumunt, Alciat. præsumpt. 4. Duen. reg. 56. Covarr. lib. 3. variat. resol. cap. 5. num. 1.

Cessat enim obiectum tum ex decreto Concilii superius ponderato; Tum quia quòd dicitur, communem usum loquendi prævalere proprietate verborum, non habet locum in verbis legis, Bart. in l. Ita vulneratus, vers. Ita modo, q. 22.

quòd verba legis, ff. quod met. cau. Tam quia Constitutio non loquitur nominatim de editione librorum, sed glossarum, & evulgationis generis interpretationis. Tum denique quia Pius IV. ibi non prohibet simpliciter, nequis audeat edere, sed adjectis verbis universalibus, Quocumque modo, &c. que extendunt dispositionem ad editionem, que fit in scriptis, etiam in hujusmodi editio aliis sub simplici editionis verbo non comprehenderetur, ex singulari doctrina Salyc. in l. 2. C. de moral. ubi determinat statutum imponens poenam pro homicidio quocumque modo patrato habere locum etiam in homicidio casuali, & sine dolo. Et eum sequuntur Jus. in l. 1. num. 19. & seq. & præsertim n. 25. ff. de legib. Socin. Jun. conf. 113. num. 29. lib. 2. Ruin. conf. 87. num. 8. lib. 2. Jun. conf. 113. num. 29. lib. 2. Ruin. conf. 87. num. 8. lib. 2. Alios citat Menoch. de recuperand. poss. remed. 5. num. 63. Et quiddid sit de doctrina Salyceti, de qua plene per Cravettam conf. 124. num. 2. certe propositio illa, quòd dicitur, quocumque modo, seu quovis modo, vel quomodocumque, extendat dispositionem etiam ad impropria, & non comprehensa in dispositione generali, venillima est, ut ibi per Cravettam, & eam pluribus exemplis confirmat Ruin. conf. 32. num. 5. & seq. lib. 2. Alex. conf. 95. num. 3. & seq. lib. 7. & titulus Mandof. ad Rom. 31. num. 2.

Concludendo, aut quis glossas, seu Commentarios super decretis Concilii scripto ita aliis communicat, seu evulgat, ut ad omnium manus pervenire possint; & non videtur excusandus à censuris Constitutionis Pii IV. Tum quia hoc casu verificatur propria, & genuina illius verbi, edere, significatio, ut patet ex d. cit. num. 64. vers. Igitur ex juris veteris: tum quia in hujusmodi evulgatione viget eadem ratio perversiorum, & confusio in Bulla consideratæ, atque in impressione.

Nec retrahatur, quòd libri impressi dumtaxat consueverint allegari, non autem manuscripti, ut observat Salas de legib. tractat. 14. quast. 97. distict. 21. sess. 11. vers. Nec obstat sit distando. Quandoquidem in prohibitione Pii IV. non consideratur allegatio, sive citatio Auditorum, sed editio, seu evulgatio interpretatio.

Ac præterea verum non est, liberos non impressos non allegari; nam ante usum impressionis Auctores omnes allegabantur. Et etiam nunc allegantur multos, quos impressos non habemus, ut in specie Vincentium, testimonio Jo. Andr. in præfatione Decretal. profundissima scientie patrem, cujus glossa super Decretalibus in insignem Bibliothecam Francicis Cardinalis Barberini nuper delata, speratur in publicam utilitatem propediem impressum iri. Item ex manuscriptis nondum impressis hodie sæpe numero allegamus Dynum super Digesto Veteri, Infir. & Digesto Novo, Jacobum de Belvisio super Digesto Veteri, Raynerium de Forlivio super Infir. Siguardum de Homodanis super Cod. Angelum Aretinum super Digesto Novo, Baldum Novellum super Infir. Paulum de Eleazaris super Clem. & alios plures. Et ante impressionem solebat allegari Lopus Abbas S. Minati super 6. lib. Decret. cujus Glossam manuscriptam nostris temporibus comitit prælo Dominicus Cardinalis Tulchus, ut legitur in ejus Epitola in principio operis. Idemque servabatur de volumine manuscripto Consiliorum Cardinalis Zabarella: que triginta annos lauerant super Felinum Sandæm Rotæ Auditorem, ejusque studio fuerunt excusa, ut ipsum testatur ejusdem voluminis initio. Ita etiam sæpe adducimus Codices manuscriptos Bibliothecæ Vaticanæ, & aliarum celeberrimarum Bibliothecarum.

Quòd vero id minus frequenter fiat, duplicem habet rationem. Altera est, quia Codices manuscripti non ita facile multiplicentur, sicut impressi, ideoque propter librorum penuriam antiqui Doctores nonnunquam mittebant libros, quos allegabant, ut patet ex Feder. de Sen. conf. 156. 255. & 265. & Bald. conf. 122. Verba testamenti, circa præf. lib. 1. ubi de lectura Odofredi, & conf. 477. Punctus quæstionis n. 6. in fin. & n. 7. lib. 4. ubi ait, Si mihi non credit, crede Jac. de Belvisio, qui hoc dicit: & si vis illius dispositionem, mittam illam tibi, & crede etiam Bartolo hoc dicens; scio tamen, quòd tanta est sapientia tua, quòd non carere de istis Doctores.

Altera ratio, cur opera manuscripta minus frequenter allegentur, est, quia in manuscriptis adhuc retinetur antiquus mos, ut non citentur nisi opera aliorum Scriptorum. Utinam idem mos servaretur etiam in impressis; mirum enim est, quàm parvis delectu hoc seculo allegentur Auctores, quotquot typis fuerunt excusi etiam ad decisionem causarum; quasi imprimendi licentia æqualem infundat omnibus auctoritatem.

Major vero, vel minor frequentia librorum, & sic major, vel minor ratio perversiorum, & confusio, diversitatem dispositionis hoc casu non inducit. Imò satis est ad sustinendam dispositionem, ut remaneat Reliquæ rationis finalis, leg. Unus, §. Servus, ff. de quæst. leg. fin. ff. de decur. & leg. 2. & 3. ff. rer. amotar. Bart. in leg. 2. §. fin. ff. de do. Fagnan. in 11. lib. Decretal.

nat. Et habetur magistraliter per Dynum in regula, Decret, & per Joan. Andr. in Mercurial.

Aut quis Glossas, & Commentarios super decretis Concilii scripto compositis sibi reservat ad usum, & commoditatem suam dumtaxat, & non videtur incidere in poenas Constitutionis, quia nec illius ratio, nec verba huic casui applicari possunt; non enim proprie dici potest edidisse, qui nec tipis mandavit, nec aliis communicavit.

Atque ita his non adversantur duæ glossæ super Concilio Tridentino compolite. Altera à Cardinali Antonio Carafa, olim Præfeto Sacre Congregationis Concilii; altera à Marincola Episcopo Theani, tum quia credendum est eos non composuisse hujusmodi glossas, ut evulgarentur, & per manus omnium deferrentur; sed ut afferrentur ad usum ipsorum, vel ipsius Sacre Congregationis; tum quia quatenus fuisset opus, verissime est eos id egisse ex speciali licentia, & facultate. Tum denique, quia ipsi tanquam Congregationis Ministri non videntur comprehendi in prohibitione Pii IV. Neque enim in eis, qui veros & germanos sensus S. Synodi ex ipsius Congregationis oraculis perceperunt, viget ratio illa prohibitionis, virandi scilicet perversiorum, & confusio, que oriri possit, si unicuique liceret prout libere super decretis Concilii interpretationes suas edere. Neque illi conveniant illa verba: Interpretationes suas, prout ei libere; neque illa: proprio usu, que ad hoc propocitur olim ponderavit Pius V. ut dictum est supra num. 30. Quia potius optandum esset, & ad mentem Constitutionis propria accederet, ut que ipsi hauserunt ex propriis Sacre Congregationis fontibus, capere quoque communicare: t. indè anim præberetur occasio rejiciendi interpretationes illas; quæ ad verum sententiam S. Congregationis apud Scriptorum aliquid irreperant, ut dicam infra num. 81.

Ratò autem illa Constitutio cum sit expressa per illud Tridentinum, Ad vitandum, censetur finalis Bart. in Extravag. Ad reprimendum, vers. Nec eorum alijta n. 13. & n. 14. vers. Et hoc asparit, ac proinde ea cessante, cessat dispositio, c. Etsi Christus, §. Quadam, & ibi glot. in ver. Cessat, de jurejur. cum multis similibus.

Quinta conclusio Magistri, Doctores, & Advocati, qui aliquod Tridentini Concilii decretum non principaliter & directè, sed occasione solutionis, seu elucidationis alicujus quæstionis, aut causæ expeditionis obiter & indirectè interpretantur, atque hujusmodi interpretationes scripsit, aut typis excusos edunt, non incurrunt in censuras, & poenas Constitutionis Pii IV.

Hæc conclusio prima fronte videtur satis dubia. Primo, quia prohibitio Pii IV. includit etiam quantum speciem interpretationis probabilis Magistrorum, ut ostentum est supra in 1. concl. à num. 53. ad n. 63. Quòd cum sit indubitanum quòd glossas, & commentarios, qui non sunt nisi à Doctoribus & Magistris: idem videtur dicendum quòd aliud quocumque interpretationis genus; quia in §. Ad vitandum, hæc omnia indifferenter prohibentur sub eadem clausula, & verborum structura; ideoque eodem jure censeri debent, ut patet ex dictis n. 53. vers. quartò prohibio editio. Nec videtur asserti posse sufficiens ratio diversitatis inter interpretationem necessariam iudicium, & probabilem Jurisperitorum: imò magis digni excusatione videntur Iudices, qui necessitate expeditionis cautè quasi coacti interpretantur Concilium, quam Magistri, & Doctores, qui interpretationes edunt ex mera voluntate. Ex his que late cumulat Fel. in c. Querelam, in gloss. in ver. Necessitate, de jurejur. præsertim ad vitandum poenam excommunicationis, cap. Inter alia, de sent. excommuni. Sed iudicibus non licet interpretationes suas edere super decretis Concilii, ut patet ex dictis à num. 21. usque ad 52. Ergò nec Magistri.

Secundo, quia Bulla Pii IV. prohibet, ne quis super decretis Concilii edat ullum omnino interpretationis genus. At negari non potest, quin Magistri & Doctores hoc casu edant aliquod genus interpretationis super decretis Concilii, licet non super universis, nec primò, & per lo principaliter, sed incidenter tantum ponderando negativam universalem, nec ullum omnino, &c. que omnia negat possibile, Rom. conf. 193. Præfati in princ. n. 2. vers. Secundo quia, cum multis per Cravett. conf. 481. in princ. & excludit etiam ea, que sub latissima vocabuli negativi significatione continentur, Dec. conf. 12. num. 12. & seq. lib. 1.

Tertio, quia Bulla prohibet non solum, ne quis edat ullum interpretationis genus, sed adjecti etiam verba, quocumque modo, &c. que includunt omnem modum, tum principalem, & directum, quam incidentem, & indirectum, ut scripsit Gemin. conf. 29. n. 2. vers. Item addit quovis modo, & num. 3. Plura cumulat Alex. conf. 95. requisitus num. 2. & seq. vers. præterea est violare lib. 7.

Quarto, ratio expressa in Bulla. Ad vitandum perversiorum, & confusio, &c. que viget in interpretationibus, que sunt obiter, atque in his, que sunt principalibus, que sunt obiter, atque in his, que sunt principalibus.

Quinto, ratio expressa in Bulla. Ad vitandum perversiorum, & confusio, &c. que viget in interpretationibus, que sunt obiter, atque in his, que sunt principalibus.

Sexto, ratio expressa in Bulla. Ad vitandum perversiorum, & confusio, &c. que viget in interpretationibus, que sunt obiter, atque in his, que sunt principalibus.

Septimo, ratio expressa in Bulla. Ad vitandum perversiorum, & confusio, &c. que viget in interpretationibus, que sunt obiter, atque in his, que sunt principalibus.

22 ter: utroque enim casu decreta Concilii pervertuntur, quod etiam docuit experientia, & non multorum annorum spatio experti sumus multos in errores graves fuisse prolapsos ex pravis interpretationibus, quas haulerunt ex libris impressis: videmus enim Navarrum, virum alioquin doctum, & sapientem, & versatum in Curia; sępe tamen consuluisse in casibus contingentibus, & Decreta Concilii exposuisse contra declarationes S. Congregationis, licet ignoranter, & forte rariis, quā alii, ut in calce plurimum illius Consiliorum est adnotatum, & præsertim conf. 42. de tempor. ord. conf. 9. De iis que vi met. caus. conf. 11. de iurejur. conf. 15. de Cleric. non resid. conf. 20. de prob. conf. 81. de regal. conf. 6. & 14. de stat. Monach. conf. 9. de consang. & affin. & sępe alibi. Itaque cum editioni harum interpretationum, que obiter sunt, conveniant verba & mens Constitutionis Pii IV. illius quoque dispositio convenire debet, l. Hominis, & rei, §. Verbum ex legibus, ff. de ver. signific. l. 4. §. Toties, ff. de damn. infest. cum vulg.

Neque verò huic casui applicari possunt rationes, quod interpretatio legum sit necessaria, & per legem, vel statutum tolli non possit; quod Doctores possint, imò debeant Tridentini Concilii Canones & Decreta interpretari; atque alia huiusmodi, de quibus proxime in sequenti conclusione. Siquidem illæ vigent in interpretatione: nulla enim necessitas, vel naturalis ratio impellit Magistros, & Doctores ad impressionem earum interpretationum, quas faciunt in Scholis, seu Academiis.

23 Sed in oppositum urget communis usus & observantia, quæ dicitur optima legum interpretatio, c. Cùm dilectus, de consuet. l. Si de interpretatione, ff. de legib. Et est secunda interpretatio species, de qua supra in princ. primi suppositi n. 1. Plena enim sunt volumina harum interpretationum Concilii Tridentini obiter factarum in operibus impressis tam Theologorum, quā Jurisperitorum. Et durum videtur condemnare, aut censuris irritos iudicare tot priores, & religiosos viros, qui de materiis moralibus scripserunt: cum præsertim huiusmodi editiones non solum processerint scientibus & patientibus Superioribus; sed aliquando ipsidem consentientibus, & approbantibus: nam videmus multos ex huiusmodi libris fuisse impressos in Urbe prævio examine & approbatione Magistri Sacri Palatii Apostolici, & in Sacra Congregatione sæpius vidi observatum, ut in aliquo articulo allegata fuerit sententia Navarri, Medicinæ, vel alterius Scriptoris aliquod decretum Concilii Tridentini interpretantis, & Congregationem non solum non redarguisse Autores, quod aui fuerint huiusmodi, interpretationes tps excusas edere, sed illorum etiam sententia adhibuisse, ita ut aliquando etiam de illorum autoritate mentionem fecerit in ipsimet conclusionibus, non quidem iis, quæ eduntur in forma autentica, sed quæ in libris publicis ad usum ipsius Congregationis aservantur. Et tamen si exillimasset huiusmodi interpretationes inhiberi in Constitutione Pii IV. illas potius rejecisset unā cum earum autoribus tanquam excommunicatis ex facto notorio & permanenti, sicut fecit de glossa edita Hispano idioma, ut dictum est supra num. 57.

Quæ quidem observantia usque adeo inolevit ut propterea nonnulli ex recentioribus Theologis & in specie Salas d. i. c. 11. vers. à secundum respondet; non dubitaverit affirmare Bullam Pii IV. hac in parte aut non fuisse usu receptam, aut per contrarium usum fuisse abrogatam Papa sciente & tolerante.

Sed hæc assertio multiplices & inextricabiles habet difficultates. Unde verius dicendum est, consuetudinem hoc casu non derogasse Constitutioni Pii IV. sed tantum interpretata fuisse illa verba: *Ullamque omnino interpretationis genus super decretis Concilii quocumque modo edere*, ut in elegantibus de illa tantum editione; quæ sit super Corpus Concilii per modum Glossæ aut Scholii, seu adnotationum, ut contingeret, si quis imprimeret Concilium cum adnotationibus in magne ad singula Decreta, aut commentarios eis applicaret secundum ea, quæ dicta sunt in quarta Conclusione num. 52. Ita enim intelligendo non inferitur vis litteræ; quia verba universalia, *ullum omnino interpretationis genus*; retinent propriam naturam; ita ut includant quæcumque formam interpretandi. Et similiter verba: *quocumque modo retinent proprium significatum*, ita ut comprehendant quæcumque modum editionis, sive fiat per evulgationem in scriptis sive per impressionem; sed tamen omnia restringuntur ad limites illorum verborum, super decretis Concilii & ad subiectam materiam, ut de hac ipsa dictione, quocumque modo, seu quavis modo, declarat Gemin. conf. 29. num. 3. in fin. vers. Nec obstant, & Ang. conf. 288. num. 3.

24 vers. Hoc etiam consideratur. Cùm autem ea verba Super decretis Concilii, referri possint tam ad aliquot decreta distributive, quā collective ad universa secundum ea, quæ notantur in leg. Qui finibus, §. 1. de lega. & dubitari possit, an indebita æquipollent universali, ut in cap. In Gressu, cùm ibi not. de elec. gloss. in cap. Venerabili; in ver. vices de offic. Deleg. & an pluralis locutio resolvetur in singularitate secundum ea quæ notantur in cap. Omnis, in gloss. 1. dist. 1. & in Clem. 1. in gloss. in cap. Alit, de renanc. bene poterunt ea verba interpretationem accipere à consuetudine, ut non includant interpretationem obiter factam extra Corpus Concilii. Verba enim obiter propter eorum generalitatem ex observantia veniunt declaranda, Abb. conf. 17. in fin. num. 4. lib. 2. Seraph. dec. 964. num. 4. Bulla enim Pii IV. esto tollat consuetudinem 86 non tamen tollit interpretativam, Decian. conf. 24. num. 28. lib. 3. Dec. in cap. Cùm M. n. 7. de Constit. Deinde quæ 87 tenus huic interpretationi repugnant verborum proprietates; tamen in legibus interpretandis primo loco recurrendum est ad consuetudinem, deinde ad verborum propriam significationem, ut dicit gloss. unic. in leg. Non possunt, ff. de legibus, est communis Doctorem theoretica, in capite 1. de Constit. ubi in specie Anc. num. 34. vers. Quædam autem sunt commissa & Abb. num. 14. Matthæi. in suo opusculo. elect. xerior. opin. Silv. in ver. Opinio num. 2. Non enim ex opinionibus singularium, sed ex communi usu nomina exaudiri debent, leg. Labes, ff. de suppl. legat. unde magis statuit usui, quā significationi vocis, leg. Uxor in princ. ff. eod. gloss. in ver. Ultra duas dietas, & Hoff. num. 10. in cap. Nonnulli, & ibi dixi, num. 18. supra de rescrip.

Quæ quidem interpretatio hoc casu ed rationabilior videtur, quod regulariter prohibita interpretatione, non censetur prohibita interpretatio, quæ fit obiter & incidenter ut hic per gloss. Innoc. Hoff. Joan. Andr. Butr. & DD. de quo latius dictum est supra num. 41. & seqq.

Et per hæc cessat ratio superius considerata num. 83. quia quo ad Judices non viget usus & observantia, ut in eorum sententiis interpretent verba Concilii Tridentini. Sicut viget quoad Magistros & Doctores in eorum disputationibus, & consiliis. Præterea non licet inferre ad interpretationem Judicis, quæ inducit parendi necessitatem, ad interpretationem Magistrorum, quæ tantum probabilis est, ut in primo supposito. Ac demum in Judicibus vigent alie constitutiones, de quibus supra à num. 21. usque ad num. 52.

Sexta & ultima conclusio. Lectores & Magistri licet 89 possint in scholis Tridentini Concilii Decreta cretens interpretari. Et quidem quoad interpretationem translantivam; de qua supra in secundo supposito num. 3. Hæc conclusio procedit absque difficultate; quia interpretatio huiusmodi ad Concilii intelligentiam omnino est necessaria saltem rudibus, & illiteratis. Hinc jampridem curatum fuit, ut idem Concilium in Græcam, Arabicam, Chaldaicam aliisque extera linguas verteretur. Et in Constitutione Clementis VIII. edita 31. Augusti 1595. super aliquibus ritibus Græcorum pro Episcopis Latinis, in quorum Diocesis Græci, vel Albanenses Græco ritu viventes degunt. Ordinarii locorum jubentur curare, ut ipsius Concilii Decretum de refor. Matrim. vertatur in Linguam Græcam vulgarem & in locis & Parochiis Græcorum & Albanensium evulgetur, & publicetur, ut in Bullar. tom. 3. pag. 48. Alioquin sequeretur, ut cum Episcopi in examine promovendorum ad ordines & beneficia inquirunt, ut Tridentini Concilii Decreta materno idiomate exponantur. Et cùm Magistri Grammatices in scholis eadem Decreta expliant, aut à Scholasticis explicari jubent alia lingua, juxta text. in l. 1. §. fin. de verbor. oblig. omnes in penam Constitutionis incidere, quod absurdum esset asserere.

Generaliter tamen, proposito articulo de ordine Sanctissimi Domini Nostri à Congregatione de propag. fidei renisso, an translationes Sac. Concilii Tridentini in alias linguas sint permittæ, an potius comprehendantur in Constitutione fel. rec. Pii IV. prohibente illius interpretationes & glossas die 2. Junii 1629. S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Inter. retum censuit translationes ejusdem Sacri Concilii Tridentini de Lingua Latina in Gallicam, vel alias Linguas esse prohibitas: ideoque significandum Sac. Congregationi Indicis, ut omnino prohibeat translationes huiusmodi factas, quæ absque autoritate hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ impressæ sint. Et eadem Sac. Congregatio Indicis illas prohibuit 5. Novemb. ejusdem anni 1629. Specialis tamen versio alicujus Decreti sine impressione non videtur prohibita, ut superius dictum est.

Et idem concludendum de interpretatione, seu declaratione litterali, de qua supra in quarto supposito num. 8. nam hæc quoque declaratio & explicatio litteræ absolute necessaria est ad intelligentiam Concilii. Ideoque Pius IV. non est censendus huiusmodi interpretationes, seu declarationes voluisse prohibere: quemadmodum nec Nicolaus IV. prohibuit, imò expresse præservavit in cap. Exiit qui seminat. §. Itaque subjana, de verbor. signif. lib. 6. ibi: Super ipsa Constitutione non sunt nisi forsan per quas verbum, vel verbi sensus, seu constructio, vel ipsa constructio quasi grammaticaliter ad litteram, vel intelligibiliter expouatur. Probatur, quia circumscripta Principis reservatione, seu

22 prohibitione, Lectores & Magistri facultatem habent leges interpretandi, cap. 1. vers. At verò & ibi gloss. in vers. Magistrorum de Decim. leg. 1. ff. de orig. jur. leg. Si negotium: ibi: Ita accipi; ubi gloss. exponit, id est, à Præceptoribus, ff. de Privil. cred. l. 1. & ibi gloss. ff. si cert. pec. & habetur in prom. Decret. Sexti, & Clem. Propterea enim publice Universitates fuerunt institutæ, leg. unic. C. de studiis liberal. Urb. Roman. lib. 11. cap. 2. de Privil. in 6. Ideoque inter alias qualitates, quas habere debent Lectores, jura recensent interpretandi subtilitatem ut in l. unic. C. de Process. qui in Urb. Constanti. lib. 12. & notat 93 Abb. in cap. 1. numer. 5. de Magistr. Et mos est in publicis Universitatibus, ut in Doctores conferatur autoritas, seu licentia legendi & interpretandi; quæ quidem licentia operatur, ut hæc possint publice fieri, quod alias non liceret, ut dicit gloss. in §. Responso Prudentum in ver. publicè, Institut. de iure natur.

Hanc autem interpretandi facultatem non fuisse à Pio IV. sublata, ex infrascriptis suaderi potest. Et primo, quia in 1. part. §. Ad vitandum, inhibetur tantummodo interpretatio editio necessaria, & in secunda non interdicitur nisi interpretatio necessaria & autoritativa, ut ostensum est supra in quinta conclusione num. 25. & seqq. Ad Magistri & Lectores, qui Concilium in scholis cretens interpretantur, neque id faciunt autoritative, cùm nemo sit adhibitus stare verbi Magistri, leg. 2. Cod. de Profess. lib. 10. gloss. in leg. 1. in ver. Jusque de legibus. Nec interpretationes suas edunt. Ad hoc leg. Lex Cornelia, §. Si quis librum, ff. de injur. & patet ex dictis supra in quarta conclusione, vers. Sed & hic quaritur, num. 3. & seqq. Ergo verba Constitutionis eos non comprehendunt & consequenter nec ejus dispositio vulgata, leg. 4. §. Toties, ff. de damn. infest. Quod enim quis verbo non expresse mente non videtur cogitasse.

95 Oldrad. 266. Quoad autem num. 10. Et cùm verbum in materia penalii & correctoria Juris Communis, ut mox dicemus, non est faciendum extensio de casu ad casum, cap. Bene de pen. dist. 1. cap. Statutum de elect. lib. 6. c. Odia, cum concor. de quibus ibi per gloss. & Dya. De regul. jur. ed. lib. Oldrad. d. consil. 266.

96 Secundo idipsum suaderi potest; quia legum interpretatio naturaliter necessaria est, ut est text. in l. 2. §. His legibus, ff. de orig. jur. & ibi præter ordinarios adnotarunt Zal. & Cujac. Sed illud, quod est naturaliter necessarium, per Leges Civiles tolli non potest, §. Sed naturalia, Institut. de iur. natur. & alioquin ex ipsa generali prohibitione multæ interpretatur absurditates, ut ibi per eum. Et consequenter per Constitutionem, seu statutum tolli non potest, arg. dist. 8. §. Sed naturalia, quod tenet expressè Bald. in dist. 8. §. His legibus, 3. & sequitur Cujac. & Zab. ibidem & Dec. hic n. 27. inferens propterea statutum prohibens interpretationem esse intelligendum de intrinseca, & non de extrinseca ad quod allegat eundem Bald. in leg. 3. circa fin. C. de lib. preterit.

Idem docuit Bart. in leg. Omnis populi in ultima quasi. sive quasi principis num. 65. ff. de justit. & jur. ubi dicit, statutum prohibens interpretationem glossationem vel extraneum intellectum statutorum, nihil, aut modicum operari; nam per dicta verba, solum frivola interpretatio videtur remota, l. 1. §. fin. C. de veter. jur. enol. At juxta interpretatio bene debet, & potest fieri, leg. 1. Cod. de leg. Item huiusmodi interpretationes sunt necessariæ naturaliter 98 d. §. His legibus.

Tertio ad idem assertur textus in Extravag. Quia non nunquam de verb. signif. ubi Constitutionem cap. Exiit, in qua Nicolaus IV. sub certis panis interdixit, ne concordantia, seu contrarietates, seu adverte vel diverte opiniones ab ipsius Constitutionis Lectores, seu Expolitoribus aliquatenus inducerentur, nec super ea glossæ fierent, nec intellectus ipsius ditorqueretur ad aliud, quā littera ipsa sonat, Joannes XXII. ea ratione suspendit, quia argumentis frequenter & collationibus latens veritas aperitur, ac sub eadem littera sępe later multiplex intellectus; & quia difficile est volentibus constitutionem prædictam perfecte legere & intelligere penam adjectas in Constitutione huiusmodi devitare: Et propterea voluit per suspensionem dictæ prohibitionis viam veritatis aperire, & pericula, quæ possent litterate persone & præcipue scholasticæ incurri salubriter obviare. Ergo ob easdem rationes Pius IV. præsumi non debet voluisse hanc interpretationem Lectores interdiceret & ed magis, quod censuræ & penam ejus Constitutione indixit sunt late sententis; cùm tamen appositæ in Constitutione Nicolai IV. 99 sint comminatorie tantum.

Quarto & ultimo pro prædictis adducitur decretum ipsiusmet Concilii Tridentini in cap. 2. sess. 25. de reformat. in §. Ad hæc ibi, præcipitur ut omnes ii, ad quos Universitatum & studiorum generalium tunc pertinet, diligenter curent ut ab eisdem Universitatibus Canonici & Decreta Concilii integrè recitentur, ad eorumque normam Magistri & Doctores

23 res ea, quæ Catholica fidei sunt docent, & interpretantur, sique ad hoc institutum initio cuiuslibet anni solemnè juramento obstringant. Et quamvis Concilium non dicat expressè, ut Magistri & Doctores interpretentur Canones & Decreta Concilii, sed tantummodo ut interpretentur ea, quæ Catholicæ fidei sunt, tamen eum id jubere fieri ad normam Canonum & Decretorum S. Sinodi, sub hoc præcepto videtur saltem implicite contineri huiusmodi interpretatio. Quæ tamen aliter fieri debet à Theologia, atque à Canonibus, ut olim perpendit Sac. Congregatio septimi libri Decretalium sub Clemente VIII. Nam juris Pontificii Professoribus non proponuntur ista dogmata, ut ea speculative vel ex professo in scholis legant, aut de illis tanquam de suis axiomatibus disputent; quia cùm ex articulis fidei deducantur, ut talia ad Theologum pertinent. Jurisperitus verò debet ea scire, & præsupponere tanquam certa & ex purissimis Sacre Theologie fontibus emanata, cum Sacrorum Canonum disciplina sit subalternata sacre Theologie, & illam præsupponere debeat, ut Madrina præsupponit Philosophiam naturalem & Musicam Arithmeticam. Quapropter sicut juris Canonici Professor, qui in Gymnasii librum Decretalium legit, non interpretatur titulum de Summ. Trinit. & fid. Cathol. pro ut obiectum est fidei & principium Theologo acceptum; ita cùm incidit in materias de Justificatione, Prædestinatione libero arbitrio & aliis id generis in Canonibus S. Sinodi definitis, non sumet eas explicandas secundum propria principia, sed relinquet Theologis declarandas.

Hanc autem facultatem, seu potius obligationem, quam habent Sacre Theologie, ac Juris Pontificii Lectores interpretandi, ut supra Canones Concilii ad fidem pertinentes absurdum videtur ut Pius IV. voluerit eis adimere: est enim inverisimile, & ab illius mente profus alienum, ut in ipsamet Constitutione, in qua omnia & singula Oecumenici Concilii Decreta confirmavit & ab omnibus suscipienda, ac servanda esse decrevit, voluerit primus Concilium vulnerare & decretum dist. cap. 2. sess. 25. sua Constitutione abrogare. Facit regula leg. Legata inutiliter, ff. de adimen. legat. leg. Si Judex, ff. de minor. leg. Quod favore, cod. de leg. & quod not. Alex. conf. 79. circa primum numer. 8. vers. Circa septimum lib. 1. dum dixit inducta ad majorem confirmationem non debere infirmationem operari.

Sed prædictis videtur obviare textus in l. Nemo Clericus cod. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. ubi distinctè interdicitur, ne quis de fide Christiana publice tractet coadunatis & audientibus tractare conetur imposterum. Et mox subnectitur ratio; quia & injuriam facit iudicio Sinodi, si quia semel iudicata, ac recte disposita resolvere & publice disputare contenderit.

At respondetur, ibi non prohiberi nisi disputatorem illum quæ publice suscipitur ad errores disseminandos & excitandos tumultus, ut indicant illa verba; *turbis coadunatis*; & clarius illa: *perfidia & tumultus occasionem requirens*; non autem illam, quæ sit gratia addiscendi in scholis, vel ad errores confutandos, ut declarat ibi gloss. in ver. Requiritur Innoc. in cap. 2. de Summ. Trinitate & fid. Cathol. Et Franciscus Penia in Director. Inquisit. par. 1. schol. 5. & in effectu consentit D. Thom. in 2. 2. quest. 10. art. 7. ad 2. dum dicit d. l. Martiani Augusti per Canones confirmatam prohibere publicam disputationem de fide quæ procedit ex dubitatione fidei, non autem illam, quæ est ad fidei confirmationem.

Fortius obstat textus in cap. 2. §. Inhibemus de heret. lib. 6. ubi Alexander IV. prohibet, ne cuiquam laice personæ liceat publice vel privatim de fide Catholica disputare; qui verò contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

Glossa in figuracione casus, & in ver. Laice persona, recenset duas opiniones. Prima est eorum, qui pro Laicis intelligunt illiteratos, juxta vulgare Gallicorum, quibus hominem litteratum appellant magnum Clericum: absurdum enim videtur, ut Clericus ruralis disputando de fide non incidat in hanc penam & Laicus Decretorum Doctor incidat: ut ibi per gloss. Unde Cajetanus in 2. 2. d. quest. 10. art. 7. dicit, ideo disputare de fide Laicis prohiberi, quoniam ut plurimum sunt illiterati & leges de illis feruntur, quæ communiter contingere solent leg. Nam ea, ff. de legibus; si tamen reperirentur Laici litterati, possent de fide disputare. Sed hanc opinionem reprobat gloss. præleg. de Franc. num. 1. quia inest vim litteræ illius Decretalis. Et Albert. in tract. de agnoscent. assert. quasi. 12. num. 5. & seqq. tenet indistinctè laicos prohiberi de fide disputare, non quia illiterati sunt, sed quia laici sunt, ad eum modum, quo Laicis universis interdicitur predicacionis officium in c. Cum ex instructo & in cap. Sicut, si recuso de heret. Et huic sententiæ adhaeret Penia in Director. Inquisit. part. 1. Schol. 23. col. 4. in fin. vers. Sed illud est hic inquirendum ex rationibus per eum adductis, nisi quando disputatio de fide suscipitur honoris & exercitationis causa, ut ibi per eum in 5. eadem. vers. Secundo 100

post Cajetan. d. art. 7. id enim laudabile est, ut ait ibidem D. Thomas, & Emerid. in director. part. 1. quæst. 10.

Sed quæres, an liceat eis dicere has interpretationes. Scholasticus Scribentibus. Respondeo, licere, si id fiat obiter pro explicatione alicujus difficultatis; quia hoc casu nemo dicitur, & evulgatio interpretationis, sed ipsa quoque impressio permittitur, ut abunde ostensum est supra in præcedenti conclusione, num. 83.



DE JUDICIIS

Honorius III. Magistro Tancredo Canonico Bononiensi.

CAPUT XX.

Venerabilis frater noster Archiepiscopus Ravennas proposuit coram nobis, quod, cum decisio causæ, quæ inter ipsum & civitatem Cerviæ, super Jurisdictione civitatis Cerviæ & quibusdam aliis articulis vertitur, sit per subterfugia & cavillationes eorum per triennium prorogata, dicti Cervienles, afferentes instantiam judicii per decursum triennii perisse, respondere sub tuo examine recusaverunt; & infra. Mandamus quatenus exceptione hujusmodi non obstante, in negotio ipso procedas, juxta traditam tibi formam.

SUMMARIUM.

- Instantia Judicii non perit per lapsum triennii de Jure Canonico, sed de Jure Civili & num. sequenti. Et quæ sit ratio diversitatis, num. 3. & sequentibus. Differentia ut inducatur inter Jus Civile & Jus Canonicum, satis est ut in foro Canonico Jus Civile non fuerit usque receptum. Solutio per se non est quæ reiterari & recitari possit. Litem brevitate magis consilium per Canones, quam per Leges; & cur, ibid. Instantia præcepta, omnia acta pereant: datur novus Litteras: ut iterum contestatur & omnia fiunt de novo & num. 13. Appellatio non datur secundum Leges, nisi à definitiva; sed secundum Canones appellatur à quocumque gravamine. Et quid ex Concilio Tridentino, num. 12. Instantia non perit triennio secundum Canones in causis tam ordinariis quam delegatis. Delegatus, lapsu triennii non obstante, potest in causa procedere, ibid. Nisi Princeps delegatus præfuerit instantiam triennio minorem. Instantia in causa appellationis, tam secundum Leges quam secundum Canones perit lapsu unius anni vel ex causa biennii. Criminalium causarum instantia, an de Jure Canonico pereat per lapsum biennii: sicut perit de Jure Civili. Instantia perit etiam de Jure Canonico, quando reus absolvitur propter irreptum judicium. Causa omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinet, ex Concilio Tridentino infra biennium terminari debent: quo elapso, liberum est partibus Judicibus superio-

- res adire. Tridentinum Concilium in quo discrepat à Jure Civili in præfixione instantiæ & num. sequenti. Instantia de Jure Civili perit biennio, sed non perit jurisdictione Judicis, ibid. Instantia ex Concilio Tridentino per lapsum biennii perit judicis cuius jurisdictione existat; sed non perit partibus, nec pereant acta. Causa tam civiles quam criminales ex Concilio Tridentino coram Ordinario infra biennium sunt terminanda. Quod non procedit in Ordinario Commissario. Et quid si causa Ordinario fuerit delegata ad jurisdictionem excitandam. Conservatores Religionum, an ex Concilio Tridentino teneantur infra biennium causas terminare. Instantia ex Concilio Tridentino, an currat cum non fiat per judicem: quominus causa infra biennium terminetur; sed vel ob qualitatem causæ vel ob partium cavillationes & num. sequenti. Instantia non currit, si sit protrahatur ultra præfixum tempus, ob causæ magnitudinem. Index non impeditur officium suum, nisi volenti & petenti & num. 26. Instantia non currit, cum causa protrahatur partium cavillationibus. Contrarium num. 27. Index debet litium brevitate studere & artibus litigatorum occurrere. Sententia lata post instantiam peremptam, nulla est. Dicitio omnino, importat necessitatem præcisam.

Venerabilis. Legitur sex modis, ut hic per Abbatem à num. 2. post medium, versiculo Oppono expediendo glossam. Et ideo summatur variè pro varietate litterarum, ut per Beron. in princ. Communiter tamen sic summatur: instantia judicii non perit per lapsum triennii. Hoc dicit Joannes Andreas, Bellameta, Butrius, Cardinalis, Ancharus, Imola, Abbas, Joannes de Anania, Aretinus & Berouus. Et ita ex textu collige differentiam esse quoad peremptionem instantiæ inter Jus Civile & Jus Canonicum; nam de Jure Civili instantia Judicii perit lapsu triennii post litem contestatam, ut lege

Properandum, cod. de Judiciis; & tenent communiter Doctores, ut attestat Joannes Andreas in additione ad Speculatur. in titulo de Judic. Deleg. §. Refert. in verbo Triennii, litteræ D. De Jure Canonico iocetur, ut probatur in cap. finali de probat. nam lit illa fuit nota tempore Celestini Papæ, ut ibi observat Hostiensis num. 1. & tamen durabit tempore Gregorii Autoris illius Decretalis; & consequenter instantia per lapsum triennii non perierat, cum ab obitu Celestini III. usque ad Gregorium IX. anni viginti novem intercessissent; & ita illum textum adhuc ponderat Henricus Boich.

numero tertio in fine, versiculo Quæ opinio, Felinus in principio. Idem probatur, in capite Tum ex litteris, de integram resisti. nam, ut ibi notat glossa secunda à tempore Eugenii qui hic fuit introducta, usque ad tempore Celestini, cessaverat 45. ann. Ad idem inducitur textus in cap. Cum olim. §. Judicis de privileg. ubi fuit facta condemnatio in expensis factis per quadriennium, quo duravit judicium & sic instantia ibi non perierat per lapsum triennii. Ad quod etiam facit hoc cap. ubi Communitas Cervienlis afferbat, instantiam judicii perisse per lapsum triennii; & ideo recusat sub Judicis examine respondere; & nihilominus Papa hujusmodi exceptione rejecta, mandavit Judicibus, ut in negotio ad ulteriora procedant; & ita innotuit instantiam non perisse. Et quamvis neque hæc Decretalis, neque prælegata capitula per modum novæ Constitutionis decernant instantiam durare etiam lapso triennio pro ut videbatur necessarium ad hoc, ut induceretur differentia inter leges & Canones, ut cap. 1. de nov. oper. num. & ibi notat Abb. Anic. n. 2. Joan. Andr. n. 5. & c. illi communiter, tamen satis est, ut iura in casibus contingentibus passim supponant & admittant instantiam causiarum durare etiam post triennium, licet super hoc nullum jus reperitur expresse conditum: id enim potuit contingere, quia Jus Civile, de quo in prædicta lege Properandum, c. de Judiciis, non fuit in foro Ecclesiastico receptum moribus, ut clarè innuitur in iuris superioris allegatis, arg. cap. In istis, §. Leges, 4. dist. 8. & considerat Abbas hic n. 6. curia finem vers. Sed dubium est. Tene igitur conclusionem superius firmatam, videlicet instantiam de Jure Canonico non perire per lapsum triennii, quam tenet hic glossa unica & apertius gloss. 1. in cap. finali de dolo & contum. quæ expresse dicit usque ad triennium retrahitur lites secundum leges, ne immortales existant, sed secundum Jura Canonica non fuisse instantiam judicii elapso triennio; & cum illa glossa concordat ibi Hostiensis num. 1. dicens, secundum leges spatio triennii perire instantiam judicii, sed secundum Canones lites esse immortales, quia & innotuit iudicibus protrahantur, Joan. Andr. num. 11. Bald. num. 1. Butr. num. 25. vers. Glossa prima est clara & ali communiter, Glossa in cap. Anteriorum §. Ad hæc in ver. Imperator ad fin. 2. quæst. 6. Item gloss. Junis civilis in dicta lege Properandum in princip. in ver. Triennii in fin. C. de Judiciis & ibi Bart. num. 1. dicens, illam legem fuisse correctam de Jure Canonico, quia instantia lites non perit triennio & ideo eam non servari in terra Ecclesiæ, sed in terra Imperii duntaxat, Innocent. in cap. Consilium, num. 2. in fin. vers. Alio etiam modo, de offic. delegat. licet hic vacillaverit Speculatur. in tit. de Jud. Deleg. §. Refert, num. 10. vers. Item si instantia & vers. Sed secundum Canones & hic tenent Hostiensis, n. 3. vers. Sed non placet hæc solutio Abb. Anic. num. 1. in fin. dicens hanc opinionem esse inter omnes prohibitoriam; & communiter DD. moderni, ut inquit Abb. Siculus hic num. 5. Hanc etiam dicit esse communem conclusionem Felini in princip. Alex. consil. 23. Visita scripturis num. 2. lib. 3. Jus. in d. leg. Properandum, num. 27. & Roman. consil. 220. num. 11. Et quamvis ipse putet communem opinionem esse falsam, eo quod nullibi reperitur cautum de Jure Canonico, ut instantia causarum lites perpetua; & Papa nihil magis cordi habeat, quam ut lites abbrevientur, ut cap. Finem litibus, de dolo & contum. c. Venerabilis de Appellat. & idem conetur hic auctori Andreas Siculus adversus id, quod consulerat inter consilia Alexand. consil. 64. Circa præsentem num. 3. vers. Modo in proposito lib. 4. tamen hæc ratio parum stringit, quia, ut inquit Bald. in cap. fin. num. 1. de dolo & contum. relatus ad Felin. hic num. 1. quævis imponendus sit finis litibus, & immortales existant, & hæc sit ratio quare secundum leges perit instantia, ut in d. leg. Properandum, tamen secundum Canones ideo non perit, quia esset potius instantiam reiterare, quam finem imponere litibus terminalem: non enim est perfecte scriptum quod iterari & recitari potest, ut l. Maritus, ff. Locati & l. Quod ita servatur, ff. de edilit. edit. Et ideo, ut subdit Felin. per Jus Canonium melius consilium immortalitati litium, quam per leges, cum per illas lites efficiantur prolixiores propter tempus in reiterando consumptum, ut per eum. Perempta enim instantia omnia acta pereunt, datur novus libellus, & iterum contestatur & omnia fiunt de novo, ut in d. leg. Properandum §. 1. & §. Plerumque & notat glossa 1. hic in prin. Innoc. num. 1. & Abb. num. 2. in fin. vers. Secunda lectura & num. 8. vers. Venio nunc. Speculatur. in tit. de Judic. Deleg. §. Refert, num. 10. vers. Sed nunquid omnia acta pereant? Adde quod cum secundum leges regulariter non appelleretur ante sententiam definitivam, leg. Ante sententiam tempus, c. Quor. appell. non rescindens. & l. Si Clericus, c. de Episcop. aud. diligentia Judicis bene potest infra triennium causa finire, cum ejus jurisdictione per appellationem non impediatur & nullus ipso invito possit causam

ultra triennium protrahere, ut dicitur in dict. 1. Properandum, in primo responso. Sed secundum Canones potest à quolibet interlocutoria & à quolibet gravamine appellari & causa durare per annum & quandoque per biennium, cap. Super eo, & il secundo de Appell. Unde quemadmodum ipsa vi Judicis invito appellatur, ita & ipso invito instantia prorogatur, quia propter frequentes appellationes non potest Index infra prescriptum tempus causam terminare: quare secundum leges perit instantia decursu triennii, secundum Canones non; & hæc rationem diversitatis inter leges & Canones assignant hic Petrus de Sampione & Abbas Anicurus num. 2. vers. Sed quæ est ratio, Hostiensis num. 3. vers. Et si quæras rationem, Joannes Andreas num. 8. vers. Sed quæ est ratio, Henricus Boich. num. 4. Abbas Siculus num. 6. in fine & pleneque alii.

Procedit autem communis conclusio superius firmata in 6 causis tam ordinariis quam Delegatis in quibus secundum Canones non perit instantia per lapsum triennii, ut in Juribus supra citatis num. 1. & in hoc textu quem sic summat Abbas Siculus: lapsu triennii non obstante, potest Delegatus in causa sibi commissa procedere; & hic tenet glossa 1. & idem Abbas num. 8. vers. Venio nunc ad secundam lecturam & Felin. num. 3. licet secus sit secundum Leges, ut in dicta lege Properandum in principio, vers. Sed omnia Judicis, cod. de Judic. quæ promittit loquitur de Judicibus tam ordinariis quam Delegatis. Si tamen Princeps delegatus præfuerit instantiam ipsi Judicis & illa est minor triennii: tunc bene periret Judicis, licet non partibus; & ideo ex eisdem actis facta coram ipso: potest causa illa expediri. Ita Baldus in dicta lege Properandum in principio, cod. de Judiciis & Felinus hic num. 3.

Fallit primo, communis conclusio in causa appellationis 8 in qua tam secundum Canones quam secundum Leges ex lapsu unius anni vel ex causa biennii instantia finitur & perit; & Appellans cadit à causa, ut cap. cum sit Romana infra de appellat. & in Aut. Et qui, cod. de tempor. appellat. cum finalibus. Felin. hic num. 1. in fine, vers. Fallit autem de Beron. eodem numero; & dicitur infra in proxima fallentia.

Fallit secundo in causis criminalibus in quibus secundum aliquos instantia Judicii perit per lapsum biennii à tempore lites contestate tam de Jure Civili, ut lege 2. cod. Ut infra certum tempus; quam de Jure Canonico. Et in hac opinione fuit Henricus Boich. num. 4. Et potest esse ratio, quia cum dicta lex 2. non reperitur per Jus Canonium correctæ vel immutatæ servari debet etiam in foro Canonico, argum. capitis 1. cum ibi notat de nov. oper. innotat. lege Præcipimus in fine cod. de appellat. & lege Sancimus, cod. de testam. Sed certè contrarium probat hæc Decretalis in qua Archiepiscopus crimen sacrilegii Civibus opponebat; & tamen nec per lapsum triennii instantia perit juxta communem intellectum, ut bene hic per Beron. num. 2. Item si dicta ratio valeat: etiam lex Properandum in foro Canonico servanda esset, cum nullibi reperitur expresse correctæ per Jus Canonium; & tamen oppositum est verius & communius, ut ostensum est supra num. 2. & 3.

Fallit tertio, ubi reus absolvitur propter irreptum Judicium 10 juxta caput Examinata cum ibi traditis supra eodem. Felinus hic num. 3. vers. Fallit secundo.

Fallit quarto, notabiliter in omnibus causis ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus quæ in prima instantia ex Jure novissimo Concilii Tridentini omnino infra biennium sunt terminanda: ita ut post id spatium liberum sit partibus vel alteri illarum Judicibus Superiores adire, qui causam in statu quo fuerit assumere debent & quamprimum terminare, ut §. 24. de reform. cap. 20. in princ. quippe post Concilium Tridentinum cessat ratio à Doctoribus considerata, quod secundum Canones instantia Judicii non pereat per lapsum triennii: videlicet quod cum liceat appellare ab interlocutoria & quocumque gravamine: appellationum frequentia sæpe lapsum impedit Judicibus quominus possint infra id spatium causas definire: quod non contingit de Jure Civili, secundum quod ante sententiam definitivam non appellatur, ut dictum est supra num. 5. Et enim ex Decretis Concilii in appellationibus recipiendis Jus Canonium exequatur est Juri Civili; nam Sacra Sinodus advertens reos criminis plerumque ad evitandas pænas & subterfugienda Judicia Episcoporum gravamina simulare & appellationis diffugio Judicis processum impedire in cap. 1. §. 13. statuit ut in causis visitationis & correctionis live habitatus & inhabilitatis nec non criminalibus ab Episcopo seu illius Vicario ante definitivam sententiam ab interlocutoria vel alio quocumque gravamine non appelletur: nisi gravamen hujusmodi per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit. Et postea hoc Decretum extendendo ad causas omnes ad forum Ecclesiasticum pertinentes in dicto cap. 20. vers. Neque appellationes §. 24. decrevit ut appellationes per Superiores quocumque non recipiantur, nisi à definitiva vel definitivæ vim habente & cuius gravamen per appellationem à definitiva reparari nequeat.